adita ſit hereditas, vt valeat legatum libertatis & pecuniarum. & ſic eſt contra infra titu. j.l. peculium. §. Titio. ij. reſpon. Solu. neceſſe eſt adiri hereditatem eius qui libertatem reliquit, vt hîc: non eius poſt cuius mortem alij reliquit: vt ibi. Azo. & facit infra de optio. lega. l. ſi optio. & infra titu. j.l. ſtatuliberum. & l. quod ſeruus. Accurſius.

legati cedat, probabilius dicitur, ad ipſum potius cui relictum eſt, pertinere legatũ, quàm ad heredẽ eius à quo libertatẽ cõſequit̃.

**Datio libertatis directa ſub cõditione, facit legatum videri datum ſub contraria cõditione. ſed ſi detur in diem omnino extiturum, legatum videtur ſimpliciter reuocatum. Bartolus.**

Si purè legatus ſeruus, ſub cõditiõe liber eſſe iuſſus fuerit, ſub contraria conditione valet legatum: & ideo exiſtẽte conditione legatũ perimetur: deficiente, ad legatarium pertinebit. & ideo ſi pendẽte conditione libertatis legatarius deceſſerit, poſteaq; defecerit cõditio libertatis: ad heredem legatarij nõ pertinet [a] legatũ. Quòd ſi idẽ purè legatus ſit, & ex die liber eſſe iuſſus erit, omnimodo inutile legatũ eſt: quia diẽ vẽturam certũ eſt. [b] ita Iulianus quoque ſenſit. vnde ait, Si ſeruus Titio legatus ſit, & idẽ poſt mortem Titij liber eſſe iuſſus fuerit, inutile [c] legatum eſt: quia moriturum Titium certum eſt.

**Seruo proprio legato poteſt quis legare, & dies cedit ab adita hereditate. Bartolus.**

LXIX. IDEM *libro ſecundo de legatis ad Edictum prætoris.*

SEruo legato legari poſſe receptũ eſt: quòd adita [d] hereditate ſtatim ſeruus adquiratur le- D gatario, deĩde ſequatur legatũ. [e]

**Alienatio rei ſub conditione legatæ vires legati non perimit. Bartolus.**

Si ſeruum ſub cõditione legatum heres alienauerit, [f] deinde conditio extiterit: poteſt nihilo minus à legatario [g] vindicari: nec extinguitur legatum.

**Ille agit ex legato, cuius intereſt, licèt ad eum verba non dirigantur. Bartolus.**

Si teſtator quoſdã ex heredibꝰ iuſſerit æs alienũ ſoluere: nõ creditores habebũt aduerſus eos actionẽ, ſed coheredes, [h] quorum intereſt hoc fieri. Nec ſolùm hoc caſu alius habet actionem, quàm cui teſtator dari iuſſit: ſed alio B quoq;, veluti ſi filiæ nomine genero aut ſponſo dotem dari iuſſerit. non enim gener [i] aut ſponſus, ſed filia habet actionem, cuius maximè [k] intereſt. *

**Species legata debet dari talis qualis eſt: niſi aliud ſit expreſſum. Bartolus.**

Si fundus qui legatus eſt, ſeruitutem debeat impoſitam: qualis eſt, [l] dari debet. Quòd ſi ita legatus ſit, *vti optimus maximúſq;* liber præſtandus [m] eſt. Seruus qui in C negotio [n] fuerit legatus, nõ antè tradi debet, [o] quàm rationes explicet. [p] & ſi ad iudiciũ itũ ſit, iudicis eædem partes eſſe debent.

**Si dubitatur, an res legata exiſtat, heres debet cauere de perſequendo & reſtituendo ſi eam inuenerit. Bartolus.**

Si res quæ legata eſt, an in rerũ natura ſit dubitetur, fortè ſi dubium ſit an homo legatus viuat: placuit agi quidẽ ex teſtamento poſſe: ſed officio iudicis contineri, vt cautio interponeretur qua D heres caueret eam rem perſecuturum, & ſi nactus ſit, legatario reſtituturum. [q]

**Si res in qua vel pro qua ius habeo, peruenit ad me ſub ſpe reſtituendi, poſſum per retentionem conſeruare ius meum. Bartol.**

LXX. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

SI ſeruus Titij furtum mihi fecerit, deinde Titius herede

a *Non pertinet.* videtur enim legatum ita eſſe, ſi conditio aduenerit. Io. vt. j. de condi. & demõ. l. aliquãdo. in fi. & ideo ea pendẽte non tranſmittitur: vt hîc, &. C. de cadu. tol. §. ſin autem.

b *Certum eſt.* alioquin legatum ſerui eſt in ſuſpenſo: vt &. C. de neceſ. ſer. l. pen. §. fi na. & ſupra proxi.

c *Inutile.* libertas tamẽ tenet: ſed videtur etiam primum valere: vt. j. titu. j.l. peculium. §. fina. quæ eſt contra. Sol. hîc primò fuit legatus, & poſtea liber eſſe iuſſus: ibi verò econtra. quod nõ placet: arg. j. titu. j.l. ſi idem. Dic ergo ſecũdum H. hîc directam fuiſſe libertatem relictam, vel fideicommiſſariam ab herede præſtandam: ibi de fideicõmiſſaria, & ab herede legatario præſtãda. Accurſius.

SEruo-] CASVS. Legaui tibi ſeruum: & eidem ſeruo legaui decem. valet vtrúmque legatum. Secũdò dicit, legaui tibi ſeruum ſub conditione, & interim heres meus eum manumiſit. venit poſtea conditio. certè non extinguitur legatum: & vindicat eum legatarius ab eo qui poſſidet. Tertiò dicit: Inſtitui quatuor heredes, & iuſſi duos eorũ ſoluere debitum quo Titio tenebar & Sempronio. certè creditores non agunt contra eos: imò alij heredes quorum intereſt vt iſti etiam ſoluant. & ita alius habet actionẽ ex teſtamento, & non ille cui iuſſit teſtator dari. & hoc etiam euenit in alio caſu qui plane ponitur in litera. Quartò dicit: Legaui tibi fundum Titianum. reperitur poſtea quod debet ſeruitutem. certè talis debet legatario dari, qualis eſt: id eſt ſeruiens. Secus autem ſi ita dixit: Lego tibi fundum Titianum vti optimus maximúſque eſt. quia liber præſtari debet tunc. Quintò dicit: Legaui tibi Stichum ſeruum. tu petis ab herede. heres dicit, non dabo tibi niſi ipſe ſeruus reddat mihi rationes quas adminiſtrauit. vnde fuerũt propter hoc coram iudice. certè audiri debet heres. Sextò dicit: Legaui tibi ſeruum meum qui in fuga exiſtebat. deceſſi, & dubium eſt nunc vtrum viuat dictus ſeruus vel non. certè heres debet tibi legatario cauere quòd eum perſequeretur, & tibi reſtituet ſi eũ habere poterit. Viuianus.

d *Adita.* veritate inſpecta: vt & infra eodem. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus.

e *Legatum.* id eſt res legata ſequitur ſeruum. & ſic ab adita hereditate cedit dies legati relicti à domino ſeruo legato: vt hîc &. C. de cad. tollen. §. in nouiſſimo. ſi autẽ ab extraneo relinquatur tali ſeruo, tunc inſpicitur tempus quo cedit dies legati: vt ſi ante aditam A hereditatem cederet, tunc hereditati & per eã heredi futuro. ſi autem poſt, tunc legatario: vt. j. tit. j.l. quod ſeruus. &. s. l. proxi. circa princ. & facit. j. de opti. leg. l. ſi heres.

f *Alienauerit.* ſed manumittere non poteſt: vt. j. qui & à quib. l. generaliter. §. j. & argu. C. ſi man. ita fue. al. l. ea quidem. ſed hodie nec alienare: vt. C. communia de leg. auth. res quę. Accurſius.

g *Legatario.* id eſt legatarius poterit vindicare: vt. j. de conditio. & demon. l. fundũ. in medio autem, an teneat alienatio, dic vt. C. communia de lega. l. fi. §. ſin autem.

h *Sed coheredes.* vt &. s. fami. erciſc. l. ſi filia. §. ſi pater. &. §. idem Papini. Accurſius.

i *Non enim gener.* ſic. j. titu. ij. l. fideicommiſſa. §. interdum. & infra de libe. lega. l. non ſolùm. §. j. in fi. & l. Aurelius. §. pen. & de iure do. l. cũ pater. Sed contra. C. de do. pro. l. ſi pro te. Sol. ibi ſtipulatio, hîc legatum. Item contra. s. de iure dot. l. tali. & infra de condit. & demõſt. l. Titio. §. fina. vbi etiam ſponſo competit actio ex teſtamento. Solu. vt in. l. Titio. notatur. Item contra. j. de libe. lega. l. iij. in fi. Sol. alius eſt ibi caſus. & adde quod no. ſupra eo. l. ſi ita legatũ. §. fina.

* adiicitur, in veteribus manuſc. indotatam nõ eſſe. rectè. Ant. Cont.

k *Maximè.* hoc ideo, quia viri intereſſet propter fructus: vt. C. de iure dot. l. pro oneribus & reipublicæ: vt. s. ſolu. mat. l. j.

l *Qualis eſt.* vt &. j. tit. j.l. Mæuius. §. pen. & argu. s. eo. titu. l. ſi à ſubſtituto. §. fina.

m *Præſtandus eſt.* ſic. s. de cõtrahen. empt. l. cũ venderes. & de euic. l. pen. Accurſius.

n *Seruus qui in negotio.* id eſt qui domini negotium geſſerat.

o *Tradi debet.* extra ius, vt differat à ſeq. reſpon.

p *Explicet.* facit. C. de bonis proſcript. l. j. &. s. e. l. ſeruus vni. &. j. famil. erciſ. l. is cum. in princ.

E q *Reſtituturum.* j. eod. l. ſi ſeruus legatus. in princ. &. s. eo. l. cum ſeruus. & l. cum res. §. ſed ſi nulla. Accurſius.

SI ſeruus Titij.] CASVS. Seruus Titij mihi furtum fecit. dictus Titius me inſtituit heredem, & eundem ſeruum Sempronio legauit. certè non ante dabo legatario dictum ſeruum, quàm ipſe me indemnem cõſeruet de dicto furto. Et idem eſt ſi fecit mihi furtum poſtquam Titij domini ſui hereditatem adiui: vt in fin. l. Item ponit ſimile tale: Titij fundus meo fundo ſeruitutem debebat. dictus Titius me inſtituit heredem, & dictum ſuum fundum ſeruientem legauit à me ſub conditione Sẽpronio, & ita dominium dicti fundi ſeruientis meum factum eſt: ſicq; extincta eſt ſeruitus quam meo fundo debebat. petit Sempronius fundũ ſibi legatum à me herede. certè nõ debeo ei prius tradere dictum fundum ſeruientẽ, ſibíque legatũ, quàm ipſe conſtituat mihi in eo de nouo ſeruitutem: ſicut & prius quàm heres eſſem inſtitutus, habe-

bam.Sic euenit etiam alibi.mandato meo ſeruum mihi emiſti.ille ſeruus fecit tibi furtum vel antequam eum nomine meo emeres, vel poſt.certè dictum ſeruum non teneris mihi reſtituere, niſi cõſeruem te indemnem de dicto furto. Et idem eſt in iſto alio caſu: Emiſti à me ſeruum, qui ſeruus fecit tibi furtum vel antequam à me emeres, vel poſt.inueniſti poſtea eum vitioſum eſſe : ideóq; egiſti contra me redhibitoria, vt redderem tibi pretiũ ſerui, & tu mihi ſeruum.certè nõ ſolùm teneor tibi reſtituere pretium ſerui,ſed etiam conſeruare indemnem te de furto quod tibi ſeruus fecit.& hoc ſi fui condemnatus in redhibitoria.Viuianus.

a *Legauerit.* ſub conditione vel in diem, vt aliqua ſit dubitatio.

b *Is fecerit.* ſcilicet mihi.ad qđ infra de furt.l. à Titio.&.l. ſi ſeruus cõmunis.

c *Recipiam.* vt & infra e.l.legatum.§.fin. & ſupra de ſerui. l. Papinianus.aliud in ſeruitute perſonali vſusfructus: vt infra titu.j.l.is cui. & l. cum filius. §. dominus.quæ ſunt contra.& eſt ratio:vt ibi in.§. dominus.

d *Seruum emit.* vt ſupra manda. l. inter cauſas. §. ſed cum ſeruus. Accurſius.

e *Redhibet.* ſupra de ædil. edic.l. cum autem filius.§.Iulianus & facit infra ad Trebel. l. cum hereditas.Accurſius.

f *Quare.* & ſic redit ad primum caſum.

g *Legatario.* nam & ſi eſſet manumiſſus, actio ne in factum teneretur ex illo edicto. infra ſi quis teſt.li.eſſe iuſ. fu. l. prima.

me inſtituto ſeruum tibi legauerit: a non eſt iniquum, talem ſeruum tibi tradi, qualis apud Titium fuit: id eſt, vt me indemnẽ præſtes furti nomine quod is fecerit b apud Titium. Nam & ſi fundus qui meo fundo ſeruiebat,tibi legatus fuerit: non aliter à me tibi præſtari debeat, quàm vt priſtinam ſeruitutẽ recipiã. c B Nec diſſimile eſt ei qui mandato alicuius ſeruum emit, d vel ei qui ſeruum redhibet: e qui omnes non aliter reſtituere ſeruum coguntur, quàm vt ratio habeatur furti quod ab eo ſeruo factum fuerit vel ante quàm negotium contraheretur, vel poſtea. Quare f & ſi poſt aditam hereditatem ſeruus legatus heredi furtum fecerit:ita præſtari debebit, vt ob hoc delictum quaſi litis æſtimatio à legatario g ſuffera- C tur *heredit.

* offeratur.

Legatum incertum rei quæ habet fines facto hominis, valet ſi in patrimonio reperiatur: alias ſecus.Bartolus.

LXXI. VLPIANVS *libro quinquageſimoprimo ad Edictum.*

SI domus alicui ſimpliciter h ſit legata, neque adiectũ quæ domus, † cogẽtur heredes quam vellet domũ ex his quas teſtator habebat, i legatario dare. Quòd ſi nullas ædes reliquerit, k magis D deriſoriũ l eſt quàm vtile legatũ.

† Addebatur in vno tantum manuſcr. cũ de certa domo teſtator ſenſerit, nõ tamen apparet de qua, ſed ea verba fuere poſtea ex puncta. rectè.

Re legata euicta non præſtita cautione, agitur ex teſtamento: ſed antequam euincatur, officio iudicis cautio poſtulatur. Bart.

SI *domus.*] CASVS. SI Legaui tibi domum in genere.aut habebam domum vel domos : & valet legatum,& habet heres electionem.aut non habebam,& nihil valet.Secundò dicit:Legaui tibi domum in genere, vt dixi.nũquid tenetur heres meus tibi de euictione cauere? & ſi quidẽ præſtet eam tibi ſine iudicio,& tibi euincatur : habes adhuc actionem ex teſtamento.ſi autem priuſquam daret, permiſit ſe ad iudicium vocari:iudex debet facere vt heres promittat de euictione. Tertiò dicit:Legaui tibi pecuniam,& heres confitetur hoc coram iudice. certè iudex debet ei dare ad ſuum arbitrium ſpatium ad ſoluendũ. E Quartò dicit:Si lego tibi aliquid,& heres illud habet,tenetur illud dare tibi legatario:niſi habeat iuſtam cauſam quare non det.& de hoc duo plana exempla ponit.hoc dicit cum ſequen.l. Quintò dicit:Municipes fundum ſuum Titio in emphyteuſin dederunt. Titius legauit eis dictum fundum. certè valet legatum ratione iuris quod in eo habet Titius. & idem ſi leget alij. nam ſemper videtur ius legare,& non proprietatem fundi, cum eam non habeat, imò municipes.Viuianus.

h *Simpliciter.* ſenſit tamen de certa,licèt neſciamus de qua:vt infra eo.l.legato.§.j.

i *Habebat.* ſic & infra de auro & argen.leg.l.ſi vxori.in fi.

k *Reliquerit.* id eſt non habuerit.Accurſius.

l *Deriſorium.* quoniam non natura, ſed noſtra deſtinatione domus & fundus conſtituuntur:vt ſupra.e.l.quod in rerum.§. ſi quis poſt.& facit ſupra de iur. do.l.cum poſt.§.gener.Sed arg. contra.j. de tri.vi.& ole.lega.l.iij.&.C.de donat.l. ſi quis ar.§.ſin autem. ſed A ille in quantitatibus vel generibus. & not. vt ſupra eo.l. legato. in princ.Accurſius.

m *Sine iudicio.* hæc verba,ſine iudicio, determinant illud verbum præſtita,non illud,euincitur.Azo.

De euictione an cauere debeat is qui ſeruum prę̃ſtat ex cauſa legati, videamus. Et regulariter dicendum eſt, quotiens ſine iudicio m præſtita res legata euincitur, poſſe eam ex teſtamento n peti. Cæterùm ſi iudicio petita o eſt:officio iudicis cautio neceſſaria eſt, vt ſit ex ſtipulatu p actio.

Confitenti fit præceptum de ſoluẽdo à iudice, & datur terminus ad ſoluendũ:& ex cauſa permittitur vt ſoluatur, æſtimatio pro ſpecie, ſine cauſa non Bart.

In pecunia legata confitenti heredi modicum tempus q ad ſalutionem dandum eſt, nec vrguendum *ad ſuſcipiendum iudicium.quod quidem tempus ex bono & æquo prætorem obſeruare oportebit. Qui cõfitetur ſe C quidem debere, iuſtam autem cauſam adfert cur vtique præſtare non poſſit, audiendus eſt: vtputa ſi aliena res legata ſit, negétque dominum eam vendere, vel immenſum pretium eius rei petere adfirmet, r aut ſi ſeruum hereditarium neget ſe debere præſtare, fortè patrem ſuum vel matrem, vel fratres naturales. æquiſſimum eſt enim concedi ei ex hac cauſa æſtimationem officio iudicis præſtare. Cum alicui poculum legatum eſſet, velD létque heres æſtimationem præſtare, ſ quia iniquum eſſe aiebat id ſeparari à ſe, non impetrauit t id à prætore. alia enim conditio eſt hominum, alia cæterarum rerum. in hominibus

* vrguendus.

n *Ex teſtamento.* nec enim poteſt implorare iudicis officium, vt caueatur de euictione: quia non eſt actio cui ſeruiat. eſt enim ſolutione ſublata: quod eſt vbi iudicio petitur.

o *Petita.* ab herede.

p *Ex ſtipulatu.* & nihilominus ex teſtamento. alioquin contra : vt infra de except.rei iudi. l. euidenter. & infra de regu.iur.l.non ſolet. &. l. nemo enim.H.vel ſic: Alioquin ſi cautum nõ ſit:non ex ſtipulatu,ſed ex teſtamento agetur: licèt dicat contra Azo. & not.ſecundum R.aut genus legatur, & hîc debetur euictio magis ex qualitate quàm titu. ſiue obligationis ſpecie: vt ſupra eodem. l. ſi à ſubſtituto. §. heres. & infra titu. ij. l. qui concubinam. §. ſi heres. & ſupra de euict. l. heres ſeruum. Aut legatur ſpecies aliena. de propria enim fruſtra quæreretur : niſi fortè in pignerata: vt. C. de fideicommiſſ. l. prædia. & inſtitu.eo. §. ſed ſi rem. legatur quidem res aliena aut à ſciente, aut ab ignorante,ſeu tacente. a primo caſu debetur euictio : vt. C. eod. l. cum alienam.& inſtitu. eod. §. non ſolum. & infra titu.ij.qui concubinam §.fin. ſecundo & tertio aut coniunctę perſonæ: & hîc debetur euictio, niſi aliàs nõ legaturum præcedentis cauſæ nullæ vel etiam finitæ error ad legandum induxiſſe præſumitur quempiam:vt.C.eo.l.cum alienam.& infra de auro & argen.l. Quintus.&.j̃.titu.j.l. cum pater.§.euictis.&.j̃.de vſufru.le.l. Sticho. &.s̃.eo.l. quod in rerum.in princ.&.§.j.aut extraneæ,& hoc caſu ceſſat euictio:vt infra titu.j.l. vnum.§.ſi rem.& inſti.eo.§.non ſolum.&.C.eo.l.cum aliæ.&.j̃.de auro & argen.lega.l. qui vxori. Ro.de donatore dic vt nota. C. de euict.l.ij.Accurſius.

a] An & quãdo dicatur aut præſumatur ignorãter factũ: & quando tacens habetur pro conſentiente: vide per Bald. & cõmuniter omnes in.l. cũ alienam.C.de lega.

E q *Modicum tempus.* quod indulgetur condemnatis:vt.s̃.de iud.l.ſi debitori.Io.Alij dicunt ad arbitrium iudicis : vt infra de iur. delib. l.j.& hic ſubiicit.& facit infra de iure fiſ.l.in fraudem. §. fiſcalibus. & infra de ſolu.l.quod dicimus.in fin.titu.& infra de re iudi.l.ij.& de ſuc.edi.l.j.§.licet.& infra de col.bo.l.ſi quis filium.§.fina.&.s̃.de procu.l.ſi reus.

r *Adfirmet.* dabitur ergo iuſta æſtimatio:vt hîc & infra titu.ij.l.qui concubinam.§.fina.&.l.nondum.§.fina.

ſ *Præſtare.* habetur ergo ratio affectionis rei.& ſic eſt contra. s̃. de ope.ſer.l.fin.ſed non habetur ibi ad vtilitatem actoris,ſed rei ſic:vt hic.Item not.aliud pro alio ſolui.ſed regulariter contra. quæ dic vt no.ſupra ſi cer.pe.l.ij.§.j.& facit.j̃.proxi.§.&.C.cõmu.vtriuſque iu.l.poſſeſſorium.

Affectionis ratio quandoque habenda eſt.

t *Non impetrauit.* quia erat in ſpecie,ſecus ſi in pondere:vt infra de auro & argen.lega.l.ij.&.l.cum certum.& facit. C.de donatio. l.ſi quis argentum.

Supra

a *Supra.* ſic ſupra proxi.§.Accurſius.
b *Si fundus municipum.* qui municipes dederunt in emphyteuſim.
c *Legatus.* ab emphyteuta.Accurſius.
d *Poßit.* à municipibus.
e *Municipum.* directo dominio.
f *Aliquod ius.* id eſt vtile dominium.
g *Habemus.* aut ergo eſt plene legantis, aut heredis, vel extranei prorſus: & tunc dic vt inſtitu.de leg.§.non ſolùm & ſupra ea.l.§.qui confitetur. aut in aliena. ſed legatus habet in ea aliquod ius: & tunc id ſolum videtur legare, ſcilicet ius quod habet: vt hîc, & infra eo.l.ſi cui.§.fina.&.l.non quocunque.§.j.& infra de libera. lega. l.j.in fin. & ſupra eo.l.ſenatus.§.fina.& argum. ſupra de contrahen. emp.l.qui tabernas.&.ſ̃.eo.l.ſerui.§.fina.Accurſius.

SI *quis.* CASVS. Habebam fundum nomine Cornelianum: in angulo cuius fundi erat aliquãtulum vineæ. feci teſtamẽtum, & eum talibus verbis interuenientibus legaui, lego Titio fundum Cornelianum exceptis vineis quæ ibi erunt tempore mortis meę.poſt autem mortẽ meam incidi vineam quæ erat in dicto angulo tempore teſtamenti mei.certè nihilo minus angulus fundi vbi fuerat vinea,legatarij erit.Viuianus.
h *Cornelianum.* in cuius parte erant vineæ.
i *Erunt.* futurum facit conditionẽ, ſcilicet hoc verbum,erunt.pręſens, ſcilicet ſunt, demõſtrationem facit:vt.ſ̃.eod.l.Stichum qui meus. & facit.j̃.de auro & argẽ. lega.l.ſi quis ita.&.l.fin. in princ.

SI *heres.*] CASVS. Iuſſi heredi meo vt ita faciat quòd Lucius habeat centum. certè tenetur Lucio dare centum. Secundò dicit ꝙ non ſolùm ciuitatibus, ſed etiã vicis legari poteſt.Viuianus.
k *Centum dare.* imò nõ: quia reum locupletem offerẽdo liberabitur: vt ſ̃.ſi cer. pe.l.fi.§.fi.&.j̃.de verb.obl.l.iſta ſtipulatio.§.eũ.Solu.ſecũdũ R.ĩ teſtamẽtis verba[a] pleniꝰ q̃ in ſtipulationibꝰ exponũtur.ibi ſiquidẽ magis rigori ſtat̃.

a] Nõ enim eſt aliquo modo recedendum à verbis teſtatoris niſi cõtrarium de mente eius appareret: non aliter.l.ſi mihi.§.his verbis.j̃.de leg.j.Bald. in.l.cum antiquitas.C. de vſufru.

l *Vicis legata.* Villa caſtellum dicitur, vici qui nulla ciuitatis dignitate honorantur.ſed quia vice ciuitatis reguntur,vici dicuntur. vel dic quia viis,non muris clauduntur,ſecundum H.
m *Ciuitatibus.* de quibus cõſtat:vt.j̃.eo.l.ciuitatibus.&.ſ̃.e.l.ſi quis à filio.&.j̃.ad Trebel.l.omnibus..&.C.de hered. inſtitu.l.hereditatis.Accurſius.

L *Icet.*] CASVS. Inſtitui heredem filium meum,& ab eo legaui cẽtum.poſtea ei ſubſtitui Titium.mortuus fuit heres,& ſic ſubſtitutus habuit hereditatẽ. Certè bene tenetur præſtare legatũ
A ab inſtituto relictum, niſi appareat contraria voluntas mea teſtatoris expreſſe vel etiam tacitè:quod poteſt apparere in tribus exẽplis,quæ hîc planè ponuntur.& hoc dicit.Viuianus.
n *Reliquerat.* fideicommiſſum.tunc enim non videtur repetitum: vt.j̃.titu.l.j.l. Latinus.& facit infra eod. tit.l. Titio.§.Iulianus.&.l. cum patronus. &.l. cum pater.§.ab inſtituto. &.C. ad Trebell.l. nõ iuſtam. & ſupra tit.j.l. quidam. & infra eo.l. ſeruo alieno.§.penul.&.ſ̃.e.l.ſi qs à filio, in prin. &.j̃. de ali. & cıba. leg. l. Gaia. Accurſius.

ff. Infort.

enim benigna ratione receptum eſt quod ſupra[a] probauimus.

Ei qui habet dominiũ directũ, poteſt legari ab eo qui habet vtile:& in dubio videtur quis legare ius quod habet in re.Bartolus.

Si fundus municipum[b] vectigalis ipſis municipibus ſit legatus,[c] an legatum conſiſtat,petiq́; poſſit,[d] videamus.Et Iulianus libro trigeſimooctouo Digeſtorum ſcribit,quamuis fundus vectigalis municipum[e] ſit,attamẽ quia aliquod[f] ius in eo is qui legauit habet, valere legatum. Sed & ſi nõ municipibus,ſed alij fundum vectigalem legauerit: non videri proprietatem rei legatam, ſed id ius quod in vectigalibus fundis habemus.[g]

Exceptio rei quæ non reperitur,nihil importat.Bartolus.

LXXII. PAVLVS *libro quadrageſimooctauo ad Edictum.*

SI quis legauerit fundum Cornelianum,[h] exceptis vineis quæ mortis eius tempore erũt:[i] ſi nullæ vineæ erunt,legato nihil decedit.

Qui iuſſus eſt facere vt habeã, tenetur mihi dare.Bartolus.

LXXIII. GAIVS *libro tertio de legatis ad Edictum Prætoris.*

SI heres iuſſus ſit facere vt Lucius centũ habeat, cogendus eſt heres centum dare:[k] quia nemo facere poteſt vt ego habeam centum,niſi mihi dederit.

Vicis poteſt legari,ſicut ciuitatibus.Bartolus.

Vicis legata[l] perĩde licere capere atq; ciuitatibus,[m] reſcripto Imperatoris noſtri ſignificatur.

Legata ab inſtituto relicta cẽſentur tantùm repetita à ſubſtituto vulgari:niſi ex aliqua coniectura de contraria voluntate defuncti conſtet.Alexand.

LXXIIII. VLPIANVS *libro quarto Diſputationum.*

LIcet Imperator noſter cum patre reſcripſerit, videri volũtate teſtatoris repetita à ſubſtituto, quæ ab inſtituto fuerant relicta: tamen hoc ita erit accipiendum, ſi non fuit euidens diuerſa volũtas,quæ ex multis colligetur,ãn quis ab herede legatũ vel fideicõmiſſum relictũ noluerit à ſubſtituto deberi. Quid enĩ ſi aliam rem reliquit à ſubſtituto ei fideicõmiſſario vel legatario,
B quam ab inſtituto nõ reliquerat? Vel quid ſi certa cauſa fuit cur ab inſtituto reliquerat,[n] quæ in ſubſtituto ceſſaret? Vel quid ſi ſubſtituit ex parte fideicommiſſarium, cui ab inſtituto reliquerat fideicommiſſum? In obſcura igitur voluntate locum habere reſcriptum dicendum eſt.

Valet legatum ſi in arbitrium heredis tanquam in bonum virum collatum ſit.Bartolus.

C LXXV. IDEM *libro quinto Diſputationum.*

SI ſic legatum vel fideicõmiſſum ſit relictum, *ſi æſtimauerit heres,ſi comprobauerit, ſi iuſtum putauerit:*& legatum & fideicõmiſſum debebitur:[o] quoniam quaſi viro potius bono ei commiſſum eſt,non in meram voluntatẽ heredis collatum.[p]

Defectus debiti demonſtrati quantitate non expreſſa facit deficere ſubſtantiam legati idem ſi quantitas exprimatur,& ipſi de-
D bitori vel tertio relinquatur: ſecus ſi per debitorem creditori. Bartolus.

Si mihi quod Titius debet[q] fuerit legatum, neque Titius debeat: ſciẽdum eſt nullum eſſe legatũ.Et quidem ſi quantitas non ſit adiecta,euidenti ratione nihil debebitur: quia nõ apparet quãtum fuerit legatum.[r] Nam & ſi quod ego Titio debeo, ei legauero quantitate non adiecta,cõſtat nullum eſſe legatum: cùm ſi
E decem quæ Titio debeo legauero,nec quicquam Titio debeam, falſa demonſtratio non perimit legatum,[ſ] vt in legato dotis Iu-

SI *ſic legatum.*] CASVS. Quamuis in expreſſa volũtate heredis nõ poſſit legatũ cõmitti, tamẽ tanquã bono viro bene poteſt cõmitti: veluti ſi dicat teſtator,Lego Titio ſi heres æſtimauerit &c. Secundò ponit tres caſus. Primus eſt talis: Lego Titio quod mihi debet Sempronius.& in veritate nihil mihi debet Sẽpronius. certè nihil valet legatum.& idem eſt ſi dixi, lego Titio decẽ quæ mihi debet Sẽpronius.& Sẽpronius nihil debeat. & hoc dicit in verſiculo, proinde &c. vſque ad finem. §. probat p ſimilia quare non valet legatum. Secũdus caſus eſt in verſiculo,nã & ſi.&c.& eſt talis: Lego Titio quod ei debeo. & in veritate nihil ei debeo. & non valet legatum: quia non fuit adiecta quantitas. ſi autem adiicerem quãtitatem certã,valeret: quia falſa demõſtratio,& cætera.Tertius caſus eſt in verſiculo,quòd ſi addiderit,& cętera.& eſt talis: Lego Titio decem quæ ipſe mihi debet. & in veritate ipſe nihil mihi debet. & nõ valet legatũ: quia ego teſtator poſui in legando falſam cauſam ſiue cõditionẽ, quæ bene vitiat legatũ. hoc dicit vſque ad.§.ſi quis ita.Viuianus.
o *Debebitur.* vt & infra titu.ij.l. fideicõmiſſum. &.§. ſic fideicõmiſſum. &.§. hoc autem. &.§. quamquam.
p *Collatum.* hoc nõ valeret:vt.ſ̃.eo.l.ſenatus·§.legatum.quæ eſt contra.& facit.j̃. de verbor.oblig.l.ſtipulatio non valet.&.j̃. titu.j.l.j. &.ſ̃.de contrahend. emptio.l.hæc venditio.Item facit hæc lex ad id quod not.ſ̃. de arbitr.l.penultima.
q *Debet.* teſtatori.
r *Fuerit legatum.* idem ſi dixerit certam quantitatem,vt decem tibi lego quæ debet mihi Titius:vt ibi,quòd ſi addiderit,& cætera.ſiue eidem,ſiue alij legem quod Titius debet:vt ibi, quòd ſi addiderit. & ibi,proinde &c.
ſ *Non perimit legatum.* refert ergo dicam in prima perſona:& tunc



UNED

ſi non debeo, diſtinguitur, adiiciam certam quantitatem, vel non: vt in dote: vt hic, &.C. de fal. cau. adiec. leg. l. iij. & l. fina. & l. ij. aut in tertia: vt quod debet Titius mihi, ei lego, vel alij. & tunc non valet, certum vel incertum: vt ſupra, & infra in hoc. §. & eſt ratio. quia ſi verum eſſet debitum, non teneretur heres niſi ad ceſſionem actionis. Idem ergo in ſecunda: vt quod debes, tibi lego: quia & ibi ſi verũ eſſet debitum, non teneretur heres niſi ad liberationem. at cum in prima imponitur neceſſitas heredi dandi ſi vere debetur: ergo & vbi non debetur. idẽ ſi certum adiiciat: vt in fine huius legis. & infra eodem. l. non quocũque. §. qui Gaium. & infra de lib. leg. l. legaui.

lianus reſpondit. Quòd ſi addiderit, *Decem quæ mihi Titius debet, lego*: ſine dubio nihil erit in legato. Nam inter falſam demonſtrationem, [a] & falſam conditionem ſiue cauſam multũ intereſt. Proinde & ſi Titio decem quæ mihi Seius debet, legauero: nullum erit legatum. eſſe enim debitor debet. B Nam & ſi viuus [b] exegiſſem, extingueretur [c] legatum: & ſi debitor maneret, actiones aduerſus eum heres meus dumtaxat præſtare cogeretur.

In alternatiua obligatione ſi legatur quod debetur, cogitur heres ad cedẽdum. ſi legatur vna de rebus, cogitur ad agendum. ſi legatur vtraque res diuerſis, cogitur heres vtrique ſatisfacere inſolidum. Bartolus.

C Si quis ita ſtipulatus, *Stichum, aut decem, vtrum ego velim*, [d] legauerit quod ei debebatur: tenebitur heres eius vt prẹſtet legatario actionem, electionẽ habituro [e] vtrum Stichum, an decem perſequi malit. Proinde ſi Stichum [f] legauerit, cum ille ei Stichũ aut decem deberet: incerti actio [g] legatario aduerſus heredem competit, vt ſcripſit Iulianus libro trigeſimotertio Digeſtorum, per quam actionem compellat heredem experiri. & ſi Stichum [h] cõſecutus fuerit, præſtabit ei. ſi decem, nihil conſequetur. ſecũdum quod erit in arbitrio debitoris, an ſit legatarius is cui Stichus legatus [i] eſt.

LXXVI. IVLIANVS *libro trigeſimoquarto Digeſtorum.*

QVod ſi quis Stichũ aut Pamphilum [k] ſtipulatus, Sempronio Stichum legaſſet, Mæuio Pamphilum: oneratus heres intellegitur, vt neceſſe habeat alteri actionem ſuam, [l] alteri æſtimationem Stichi aut Pamphili dare.

Debitor poteſt grauari onere fideicommiſſi. Bartolus.

LXXVII. VLPIANVS *libro quinto Diſputationum.*

SI pecunia fuit depoſita apud aliquem, eiúſque [m] fidei commiſſum, vt eam pecuniam præſtet: fideicommiſſum ex reſcripto diui Pij debebitur, quaſi videatur heres rogatus remittere id debitori. [n] Nam ſi conueniatur debitor ab herede, doli exceptione vti poteſt. [o] quẹ res vtile fideicommiſſum facit. quod cum ita ſe habet, ab omni debitore [p] fideicõmiſſum relinqui poteſt.

a *Demonſtrationem.* falſa demõſtratio non nocet legato: [a] vt inſtitu. de leg. §. huic. Item falſa cauſa non nocet: vt infra de cõditionibus & demonſtratio. l. cum tale. §. falſam. ſed conditionis ſiue de futuro (quæ propriè dicitur cõditio) nocet eiuſdem defectus: vt infra de cõditionibus. & demonſtra. l. qui heredi. §. fina. ſiue de prẹterito, vt impropriæ, nocet defect⁹: vt inſtitut. de leg. §. longe. in fine. §. quare ergo ponit hic cauſam cum conditione? Reſpond. pro eodem poni conditionẽ & cauſam: vel aliàs nõ erat legaturus: vt dicto. §. falſam. vel cõditionaliter fuit cauſa expreſſa: vt dicto. §. longe. Sed quid ad prædicta? Reſpon. cum dicit in prima perſona, certa eſt demonſtratio. cum verò dicit in tertia vel ſecunda, quæ & quod faciunt conditionem: vt infra de an. leg. l. Quintus. & .C. de fal. cau. l iij. & l. fi.

a] Adde melius text. in. l. demõſtratio. & ibi docto. j. de cõdit. & demõ. gloſ. ordi. in l. ſi ſecũdis. §. qui quinque. j. eo. & in. l. 2. & 4. C. de fal. cauſa adiecta lega.

b *Et ſi viuus.* poſtquam legaui, ante mortem tamen.

c *Extingueretur.* vt & infra titu. ij. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. Sed contra infra titulo. j. l. cum filius. §. heres. & facit infra de fun. inſtru. & inſtru. leg. l. nepoti. & infra de condi. & demon. l. nominatim. §. finali. & l. quibus. §. dominus. & §. qui dotalem. & l. cum tale. §. finali. & l. demonſtratio. & infra tit. primo. l. Lucius. §. quiſquis. & §. ciuibus. & l. cum filius. §. heres. & infra eodem. l. legatum.

*Si quis ita.*] CASVS. Tria dicit hîc. §. cum. l. ſequen. Primum eſt tale: Titius promiſit mihi Stichum, aut decem, ad meam electionem: & ego teſtamẽtum faciens legaui Sempronio quod mihi Titius debebat. quæritur, ad quid teneatur heres meus legatarius Sẽpronio? Et certè tenetur ei vt præſtet actionem contra dictum debitorem: & ſicut habebam electionem ego teſtator vtrum à Titio peterem Stichũ, aut decem, quæ electio tranſiuit ad heredem meũ: ita habebit legatarius cui ceſſæ ſunt actiones. Secundum dictum tale eſt: Titius tenebatur mihi dare aut Stichum, aut decem, & erat electio promiſſoris. & econuerſo legaui Sempronio Stichum. quẹritur, ad quid heres legatario teneatur? Et tenetur ei vt experiatur contra promiſſorem alternatiuum: qui promiſſor præſtabit heredi Stichum, aut. x. quodcunque promiſſor ipſe voluerit. & ſi quidem præſtiterit heredi Stichum, heres eum legatario dabit. ſi autem det ei decem, nihil ei debebit: quia decem non fuerunt ei legata, imò Stichus, vt dictum eſt. Tertium dictum eſt: Ego ſtipulatus fui à Titio Stichum aut Pamphilum, ad meam electionem: poſtea Sempronio Stichum legaui, & Mẹuio legaui Pamphilũ. quæritur, quomodo heres legatarij teneatur? Et certè vni de legatariis cuicũque voluerit tenetur præſtare actiones ſuas contra debitorem, & alteri legatario dare tenetur æſtimationem Stichi: vel ſi vult, Pamphili. Viuianus.

d *Velim.* ſecus ſi verbum ſubiunctiui modi poſuiſſet: vt. j. de verborum obligatio. l. ſi ſtipulatus fuerim. ſed certè imò idem: ſed non poſſet ibi mutare electionem: & eſt ratio vt ibi not.

e *Habituro.* ſcilicet legatario. Accurſius.

f *Proinde ſi ſtichum.* Supra loquitur vbi teſtator habebat electionẽ: hîc quando promiſſor: vt in fine huius legis apparet. & ideo aliud quã ſupra ſtatuit, illa præcipua ratione, quia ſupra quod ſibi debetur legauit: ergo ceditur actio, & tranſit ad legatarium electio. hic verò Stichum qui ſibi debetur legauit: vnde nõ ceditur actio, quia nõ eſt legata, ſed ius quod habet in Sticho: vnde nõ Sticho, ſed alio ſoluto apparet Stichũ non debitum fuiſſe: & ita nihil videtur legatum, quia in arbitrio eſt debitoris quid debeat: vt argumen. ſupra de eo quod certo loco. l. ij. §. Scæuola. dic ergo proinde, id eſt ergo. quaſi dicat, vbi non legat ita vt ſupra, aliud eſt. Azo.

g *Incerti actio.* id eſt, ex teſtamẽto: vel propriũ actionis nomen, vbi factum eſt in obligatione citra ſtipulationem: vt not. ſupra de cõdict. indeb. l. ſed ſi me. §. j. & facit ſupra loca. l. cum plures. §. meſſem.

h *Si Stichum.* hoc adiecto, quod mihi debetur: vt ex ſuperioribus patet. Sed quare nõ cogitur heres Stichum redimere & prẹſtare? ſciebat enim teſtator Stichũ ſuũ non eſſe quando legabat: vt inſtit. de leg. §. non ſolùm? Reſpon. illud quando ius nullum in eo vel pro eo habet: aliàs illud legare videtur: vt. ſ. eod. l. ſi domus. §. fina. & l. ſerui. §. j. euẽtus ergo dubiæ perſecutionis Stichi legatus videtur: vt & aliàs. C. de litig. authen. nunc ſi heres.

i *Legatus.* facit infra titulo primo. l. ſi Titius.

k QVod ſi quis. *Aut Pamphilum.* vtrum ipſe ſtipulator vellet. & ideo quia heres habet electionem ſuo facto, ſcilicet eligẽdo vnum, videntur ſoluta fieri indebita, vnde tenetur: vt infra titulo primo. l. qui duos. ſecus ſi non habet electionem. tunc enim res ſoluta præſtatur ei cui legata eſt, & alteri nihil. idémque & ſi ſoluatur teſtatori: ſicut & cum Stichum tantùm legat vni: vt ſupra proxi. & hoc eſt quòd ex euentu, &c. vt infra tit. j. l. vt heredibus. §. ſi Titius. & arg. l. cum Titius. §. heres.

l *Actionem ſuam.* id eſt actionis commodum: ideoque melius dixiſſet, exactionem ſuam: vt ſupra. l. proxi. dixit. nõ ergo ceditur actio: quia non fuit legatum quod in ſtipulatione continetur. & facit infra de lib. leg. l. ſi damnatus.

SI pecunia.] CASVS. Depoſui pecuniam apud Titium, poſtea feci teſtamentum, & fidei depoſitarij cõmiſi vt præſtet eam Sempronio. certè bene tenetur depoſitarius ad fideicõmiſſum præſtãdum: & ſi heres meus ab eo depoſitario pecuniam repetat, repellet eum per exceptionem. & quod dixi in depoſitario, idẽ eſt in omni alio debitore. Sequens lex dicit quòd legatarius à quo relictum eſt fideicommiſſum, non tenetur ad illud niſi legatum ad eum peruenerit. Viuianus.

m *Eiuſque.* depoſitarij.

n *Debitori.* id eſt, depoſitario. Accurſius.

o *Vti poteſt* ſic infra de doli. excep. l. dolo.

p *Debitore.* contra infra titu. j. l. cum pater. §. qui dotale. Solu. ſi defuncti agnoſcat iudicium, tenetur, vt prædixit. ſi non, non tenetur: ſed tamẽ valet vt heres actiones cedat: vt ibi. & facit. j. e. l. ſi ſeruus. §. qui margarita. & j. titu. ij. l. cum quis decedens. §. pater. & j. l. pxi.

a Fideicommiſſum. Peruenerit. vt &.C.communia de leg.l.j.§.cum enim.& infra titu.j.l.imperator.& infra titu.ij.l.viij.&. l. cũ quis decedens.in princip.

A

SI quis teſtamento.] CASVS. Legaui Titio & Sticho decem. certe inter ambos habebunt decem,& non quilibet decem. Secundus caſus eſt planiſſimus. Viuianus.

b ſi quis teſtamento. facit infra de verb. oblig. l.ſtipulatio iſta. §. eum. &.l.eum qui.& infra titu.j. l. ſi pluribus. & de duobus reis.l.reos.§.j.

c IS qui. Reliquerat. id eſt,in bonis dimiſit.

d Conſecuturos. ſic ſupra de liberis & poſtu. l.ſi ita ſit. & de heredibus. inſtit. l. interdum. &.l.Clemens. &.l.ſi ita fuerit. & infra eod. ti.l. mortuo.in fi.

SI fundum.] CASVS. Legaui Titio fundũ ſub conditione, & heres meus eundem fundum legauit Sempronio ſub conditione. venit poſtea cõditio mei teſtamenti: & ſic legatum fundi fuit acquiſitum Titio primo legatario. poſtea venit conditio legati quod reliquit heres meus. non amittet propter hoc primus legatarius. [SI SERVO.] Seruo Titij & Sempronij legaui equum meum. certè vnus de dominis poteſt repudiare legatum, alter acquirere. [STICHVM.] Sempronio Stichum legaui: & ita ſubiunxi: ſi prædictus Sempronius non manumiſerit dictum Stichum, lego eum Titio. certè antequam annus ſit completus, Sempronius debet habere apud ſe Stichum,& elapſo anno & Sticho nõ manumiſſo totum eum Stichum habebit Titius. ſi autem manumiſerit eum intra dictum annum. Sempronius liber erit. [QVI FVNDVM.] Titius habebat fundum in quo erat quędam villa, id eſt, domũcula ad fructus colligendos. fecit teſtamentum hic Titius,& legauit mihi fundũ prædictum excepto ædificio dictæ villæ. quid iuris ſit?& certè aut voluit excipere heredi ſolam villæ ſuperficiem, aut voluit excipere etiam ſolum ſuper quod erat dicta villa: aut dubiũ eſt quid voluerit excipere. Primo caſu ego legatarius poſſum vindicare ab herede totum fundum. ſed tamdiu habebit exceptionem contra me, donec permittam eum habitare in dicta villa, & etiam ire ad dictam villam, item & actum per reliquam partem fundi, non tamẽ iure ſeruitutis: cum ſolum ſuper quod eſt villa, ſit legatarij, & etiam totus fundus. vnde res ſua ſuæ rei ſeruire non poteſt. In ſecundo caſu ego legatarius totum fundum vindicabo excepta villa cum ſolo,& ſeruitutem eũdi habebit ad villam heres per reliquam partem fundi: quia neque illa villa, neque ſolum villę eſt ſuum.& ad hoc adducit ſimile. In tertio caſu præſumere debemus teſtatorem voluiſſe excipere heredi non ſolum ſuperficiem villę, ſed etiam ſolum.& ſic eſt idem quod in ſecundo caſu dixi. hoc dicit vſque ad.§.ſi libertus. Viuianus.

* Singulis decem. Vide hic Ant.Aug. lib.3.emẽd. ca.1. In vulg. æd. perperã hoc caput confunditur cum ſuperiore. An. Aug. lib.3.c. 1.cc.l.38.§.13. &.l.56.j.de verb.oblig.

LXXVIII. IDEM *libro octauo Diſputationum.*

Fideicommiſſum quod à legatario relinquitur, ita demum ab eo debetur, ſi ad legatarium legatum peruenerit.[a]

Qui relinquit decem, non videtur relinquere viginti. Bartolus.

B

LXXIX. IVLIANVS *libro quinto Digeſtorum.*

SI quis teſtamento [b] ſuo Titio & Seio decẽ dari iuſſerit, nullam hæc verba recipiunt ambiguitatem, vt dena * dixiſſe videatur qui decem dixit.

Propter defectum facultatem & propter Falcidiam fit deminutio legatorum pro rata. Bartolus.

LXXX. *Apud Iulianum libro triceſimoſecundo Digeſtorum Marcellus notat.*

C

IS qui ſola triginta reliquerat,[c] Titio triginta legauit, Seio viginti, Mæuio decem. Maſſurius Sabinus probat, Titium quindecim, Seium decem, Mæuiũ quinque conſecuturos:[d] ita tamen, vt ex his pro rata portionis Falcidiæ ſatisfiat.

Per legatum heredis non aufertur dominium legatario defuncti. Bartolus.

LXXXI. IVLIANVS *libro trigeſimoſecundo Digeſtorum.*

D

SI fundum ſub conditione legatum heres pendente conditione ſub alia conditione alij[e] legaſſet, & poſt[f] exiſtentem cõditionem quæ priore teſtamento propoſita fuiſſet, tunc ea conditio ſub qua heres legauerat, extitiſſet: dominium à priore legatario non diſcedit.

e Alij. ſi autem eidem, dic vt infra tit.j.l.vnum.in princ.

f Poſt. ſi autem primo, dic vt infra ad legem Falcidiam.l.iiij.H. & facit infra de conditio. & demonſtra.l.fundum. & ſupra eodem.l. ſeruo legato.§.j.

g Repellere. infra titu.j.l.& Proculo.&.s.eod.l.legatarius.

Vnus ex dominis poteſt repudiare legatum factum ſeruo cõmuni. Bartolus.

Si ſeruo cõmuni res legata fuiſſet: poteſt alter domin9 agnoſcere legatum, alter repellere.[g] Nã in hanc cauſam ſeruus communis quaſi duo ſerui ſunt.[h]

Exiſtente conditione ſubſtitutionis factæ legatario legatũ trãſit ad ſubſtitutum. Bartolus.

*Stichum Sempronio do lego: ſi Sempronius Stichum intra annũ non manumiſerit, eundem Stichũ Titio do lego.* Quæſitum eſt quid iuris eſſet. Reſpondi, Sempronium interim totum habiturum: & ſi quidẽ intra annũ manumiſiſſet, liberũ eũ effecturũ. ſin autem hoc nõ feciſſet, totum ad Titium pertinere.[i]

Qui excipit ædificium, videtur excipere ſolum in quo conſiſtit, in dubio: & per rem legatam debet heredi conſtitui ius eundi ſicut ibat teſtator. Bartolus.

Qui fundum excepto ædificio legat: appellatione ędificij aut ſuperficiem ſignificat, aut ſolũ quoque cui ædificium ſuperpoſitum eſt. Si de ſola † ſuperficie exceperit, nihilominus iure legati totus fundus vindicabitur:[k] ſed exceptione doli mali poſita cõſequetur heres id, vt ſibi habitare in villa liceat: in quo inerit, vt iter quoque & actum[l] in ea habeat. Si verò ſolum quoque exceptum fuerit: fundus excepta villa vindicari debebit,& ſeruitus ipſo iure[m] villę debebitur: non ſecus ac ſi duorum fundorũ dominus alterum legauerit, ita vt alteri ſeruiret.[n] Sed inclinandũ eſt, teſtatorem etiam de ſolo cogitaſſe,[o] ſine quo ædificiũ ſtare nõ poteſt.

h Sunt. ſic in ſtipulatione: vt infra de ſtipula.ſeruorum.l.j.§. communis ſeruus.

i Pertinere. imò videtur ſuccedere cõſtitutio ad Aufidium Victorinũ, & facere eum liberum: vt. C. ſi manci.ita fu.alie. l. ij. & nemo poteſt facere,&c. vt ſupra eo. l.nemo. Reſpond. imò teſtator potuit hoc facere. nec obſt. dicta. l. nemo. vt ibi no. Vel aliter, refert præcepit vt manumittat: & tũc ſuccedit cõſtitutio. aut poſuit in eius volũtate: & tunc non valet: vt hîc, & argu. s. de condi.inſtitu.l.verba.Hu. Vel certo modo puta vindicta voluit fieri manumiſſionẽ: quo caſu ceſſat conſtitutio: vt.j. de verborum obliga.l.qui Romæ.§.Flauius. ADDITIO. Solue aliter ſecũdum Pe. quantum ad propoſitũ quòd hîc non ſuccedit conſtitutio: ideo quia teſtator diſponit quid futurum eſſet de ſeruo poſt tempus ſecũdum Bart.hîc.

k Vindicabitur. vnde ſuperficies ſequitur ſolũ: vt infra de actio. & obliga. l. obligationũ ferè.§.placet. &. s. de pigne.act.l.domo.

† ſoli.

l Et actum. & iter in ea habet. ſine his enim habitare non poſſet: non tamẽ erit ſeruitus: vt.s. de ſeruitu. vrbanorum prædio.l.Olympico.

m Ipſo iure. i. æquiſſimo. impropriè enĩ ponitur. ſic.j.de ſol. Stichũ §.naturalis. R. ſed certè imò ibi propriè. & hic dic, id eſt, quæ erit ſeruitus de iure: quod nõ eſt ſuperiori caſu: non dicas ipſo iure, id eſt, ſine conſtitutione. imò conſtitui debebit. ſic ſupra de act.empt.l.ſi tibi liberum. & ad hoc cogitur legatarius ex volũtate teſtatoris: cum

E

aliàs non valeret habitatio. ſecus ſi talis voluntas non appareret: vt ſupra de ſeruit.ruſt.præd.l.via.§.fina. quę eſt contra. vel ibi inter viuos. vnde ſibi imputet qui de ſeruitute non ſibi cauit.& facit ſupra ſi vſusfruct.pe.l.j.& ſi ſerui.vind.l.teſtatrix. & infra de ſerui.leg.l.j. & ſupra eod.l.ſeruum filij.§.fin.

n Seruiret. quod fieri poteſt: vt.s.communia prædio.l.iij.§.fin.

o Cogitaſſe. ſupra de ſer.ruſti.præ.l.qui duo. contra. Solu. ibi ex eo quod æquè ſeruitutem exceperat, ſimiliter in decem pedibus ſeruitutem excepiſſe videtur. Item eſt argu. pro eo qui legauit nucem [a], vt & ſolum videatur legaſſe,& viam.

a] Aliter villam.

ſi libertus.] CASVS. Libertus inſtituit patronum ſuum heredẽ in ſeptem vnciis hereditatis ſuæ, & Mæuium & Sempronium in quinque,& poſtea legauit ita: Quiſquis mihi alius à patrono heres erit cum patrono, volo quòd det Titio Stichum & Pamphilum: quorum ſeruorum quemlibet æſtimatio.xx.aureis. quæritur, quid iuris ſit?& certè non videtur patronus oneratus de legato, imò co-

UNED

heredes ſui.& ideo Titius legatarius non poterit petere à dictis coheredibus patroni niſi illam partem quam in dictis ſeruis habent, id eſt,de duodecim partibus quinque.Sed pone quòd ita parũ habẽt in ſua parte hereditatis dicti coheredes patroni, quòd poſſunt & volunt de dicta parte dictorum ſeruorum detrahere Falcidiam: vtputa quia data ꝓ eis legatariis parte quã in ſeruis habẽt,non remanet eis dodrans eorum patris, & de ſeruis non poſſunt eam trahere, quia diuidi nõ poſſunt: & ſic oportet ꝙ æſtimẽtur, vt quartã partẽ æſtimationis eorũ dent eis legatariis pro Falcidia: nũquid remanebit æſtimatio firma quam fecit libertus idẽque teſtator ſi plus vel minus valet quilibet ſeruorũ de. xx. aureis? & certè non: imò æſtimabũtur ſecundum quod in veritate valent. [TITIO FVNDVM.] Ita dixit teſtator quidam: lego fundũ Titio ſi dederit heredi meo decẽ. heres debebat dicto Titio decem. vnde Titi⁹ vult ea decem remittere heredi,& habere fundũ.certè bene poteſt hoc facere.[SI TITIVS.]Cornelius pone fecit teſtamentum, & Titio Stichũ legauit. iſte Titius antequam ſciret dictũ Stichũ ad ſe pertinere, legauit eũ Seio. poſtea heres Titij prædicti didicit qđ legauerat Cornelius Titio dictũ Stichum:& illud legatum non repudiauit:imò habere voluit. certè tenetur eum Stichum Seio dare. hoc dicit vſq; ad. §.ſi pater. Viuianus.

Vnus ex heredibus in ſpecie hereditaria grauatus, pro portione ſua tantùm grauatus videtur: & æſtimatio teſtatoris nihil operatur. Bartolus.

Si libertus patronum ex ſeptũce heredem ſcripſerit,alios ex cęteris,[a] & ita legauerit, *Quiſquis mihi*[b] *alius ex ſupradictis cum patrono meo heres erit,ſeruos illum & illũ Titio lego, quos æſtimo ſingulos vicenis aureis*: intellegendum erit à coherede patroni dumtaxat legatum datum: & ideo Titium[c] nõ amplius quincuncem[d] in ſeruis vindicare poſſe. Adiectio autẽ illa, *Quos æſtimo ſingulos vicenis aureis:* non mutat[e] legati cõditionem, ſi legis Falcidiæ rationem habere oporteat.[f] nihilominus enim verum pretium ſeruorum in æſtimationem deducetur.

Liberatio habetur pro ſolutione etiam quo ad cõditionem implendam. Bartolus.

*Titio fundum do lego ſi heredi meo decem dederit*. Si decẽ heres Titio debuiſſet, & ea Titius accepta ei feciſſet:fundũ vindicare poteſt.[g]

Dominiũ quod erat apud defunctum,tranſit ad legatariũ etiã ſi defunctus ignorabat, & poſſeſſio apud eum non erat. Bartolus.

Si Titius cui Stichus legat⁹ fuerat, antequam ſciret ad ſe legatũ pertinere,[h] deceſſerit, & eũdem Seio legauerit,& heres Titij legatum nõ repudiauerit:[i] Stichum Seius vindicabit.

[a] *Ex cæteris*. ſ.quinque vnciis.

[b] *Mihi alius*. à patrono ſcilicet: & ita liquet quòd patrono voluit cõſulere vt in ſeruis retineret portionem ſuam. alij ergo portiones ſuas tantummodo præſtabunt: quia nihil amplius habent nec habere poſſunt vt exigatur à patrono cui proſpexit teſtator.ſed aliud in quantitate:& eſt ratio,quia in ſolidum pręſtari poteſt de eorum parte quos onerauit teſtator.Azo.vt infra eo.l.ab omnibus.in principio.quæ eſt contra. & facit infra titu.j.l.ſi tibi.§.j.&. infra titu.j.l. cum pater.§.pater qui filio.&.l.fin.§.j.Accurſius.

[c] *Titium*. legatarium.

[d] *Quincuncem*. nam in tantum erant illi alij inſtituti.

[e] *Non mutat*.videbatur cõtra per id quod modo dixi:aliud in quãtitate.

[f] *Oporteat*. quia non remanet eis quarta inſtitutionis: vt inſtit.ad legem Fal.§.j.& facit infra ad le.Falci.l.pretia.& infra titu.j.l.cũ pater.§.pater qui filio.

[g] *Poteſt*. ſunt enim paria,dare,[a] & accepto ferre:vt hîc,& infra de condit.& demon.l.Iulianus ait.&.s̃.de condic. ob cau. l. ſi mulier. & ſupra de calum.l.ij. Accurſius.

[h] *Pertinere*. pertinebat tamen,quia ceſſerat dies eius:vt.C.quando di.leg.ce.l.fi.& facit ſupra eo.l.ſeruum.§.j.

[i] *Non repudiauerit*. ſed quo modo heres Titij poteſt repudiare iam in ſecundum legatarium trãſlatum:vt.s̃.quemadmodum ſer.amit. l.ſi partem.§.j? Reſpon.ante aditam hereditatem Titij à ſe,& ſic nõ eſt tranſlatum:vt.j̃.e l.ſi tibi.§.cum ſeruus.ſed tunc nec ſibi competit:vnde repudiare nõ poteſt:vt ſupra de acquir.heredi.l.is qui.Dic ergo,hîc non dicit quòd teneret repudiatio.Accurſius.

a] Quid propriè ſit dare, & quo modo ponitur in cõtractibus, & quo modo ĩ libellis:vide plene per Bart.& alios in.l.vbi autẽ nõ apparet. §.fi.j̃.de verbo.obli.Alex.in.l.ſi quis nec cauſam.s̃.ſi cer.pet.

*Si paterfamilias.*] CASVS. Inſtitui mihi heredẽ filiũ meũ impuberẽ:& ab eo legaui fundũ Cornelianũ Titio.poſtea dicto impuberi ſubſtitui Męuium:& ab eodem ſubſtituto legaui eũdem fundũ eidem Titio. impubes adiuit hereditatẽ, & dedit legatario fundum: poſtea habuit locũ ſubſtitutio Mæuij.vult prędictus legatarius petere à ſubſtituto æſtimationẽ prædicti fundi quẽ habuit ab impubere.certè non poterit.ſicut enim non debetur legatũ niſi ſemel cũ repetitũ eſt à ſubſtituto: ita & cum idẽ legatum datũ eſt ſubſtituto, vt fuit in noſtro caſu. & quod dixi in impubere ſoluẽte legatũ, ſcilicet vt nõ poſſit iterũ peti à ſubſtituto: idẽ eſt ſi non ſolùm per eũ nõ remãſit, veluti quia legatari⁹ repudiauit· & idẽ eſt ſi purè legaui ab impubere,& ſub cõdit. à ſubſtituto: quia non debebitur niſi ex inſtitutione. ſecus autẽ ecõtra, ſcilicet quãdo legaui ſub cõditione ab impubere, & purè à ſubſtituto,& pendente cõditione legati impubes decedat, ſicque locũ ſibi vindicet ſubſtitutio. nam quia eo caſu expedit legatario habere magis à ſubſtituto purè, q̃ expectare cõditionem ſub qua fuit legatũ ab impubere:valebit legatum ex ſola ſubſtitutione. [HIS VERBIS.] Ita dixit quidam teſtator, Lucio & Titio fundum lego,vel alicui eorum. nunquid valet legatũ? Et certè ſic. vnde ſi Lucius & Titius ſunt viui, ambo habebũt legatum.ſi autẽ vnus eorum tantùm viuit, ille ſolus habebit. hoc dicit vſque ad.§.cum ſtatuliber. Viuianus.

Repetitio facta à ſubſtituto impuberis habet locum etiam ſi legata cœperunt non deberi ab inſtituto. Bartolus.

Si paterfamilias ab impubere filio[k] Titio fundum legauerit,& à ſubſtituto[l] eundem eidẽ Titio, & pupill⁹ patri heres extiterit, ſiue vindicauerit Titius legatum, ſiue repudiauerit: quamuis filius impubes deceſſerit, à ſubſtituto vindicare nõ poterit.[m] hoc enim quod rurſus à ſubſtituto legatur, perinde habendum eſt ac ſi repetita legata eſſent.[n] quare & ſi purè à filio,[o] ſub cõditione à ſubſtituto legatum fuerit:perinde omnia ſeruabuntur,ac ſi tantũ à filio legatũ fuiſſet.[p] contra autẽ ſi à filio ſub cõditione, à ſubſtituto purè legatũ fuerit,& pupillus pẽdẽte cõditione deceſſerit: ex ſubſtitutione ſola[q] legatum valebit.

Hæc verba, vobis vel alteri veſtrum, intelliguntur ſi omnes nõ ſuperſunt. Bartolus.

His verbis, *Lucio & Titio, eorúmue*[r] *cui*[ſ] *fundum do lego*: vtiliter legatur:& ſi vtrique† vixerint, vtrique:[t] ſi alter,[u] alteri totum debebitur.[x]

Defectus conditionis libertatis validat legatum ſerui. h.d.cum.l. ſequen. Bartolus.

[k] *Filio*. inſtituto.

[l] *Subſtituto*. ſcilicet populariter,licèt tacitè inſit vulgaris: vt ſupra de vulg.ſubſti.l.iam hoc iure.

[m] *Non poterit*. vtpote cum habet, vel repudiauit:vnde perinde eſt ac ſi haberet.

[n] *Legata eſſent*. ab inſtituto,ita vt non niſi ſemel debeantur: vt.C. de lega.l.cum quæſtio.§.fin. Vel dic,relicta ab inſtituto impubere videntur repetita à ſubſtituto.quod non valet,vt debeantur expreſſa repetitione:ſed ex tacita debentur:vt infra eo.l.ſeruo·§.ſi quis.ij. reſpon.& ſupra eo.l.licet.

[o] *Filio*. ſcilicet inſtituto.

[p] *Fuiſſet*. ſi habuit,vel repudiauit: vt ſupra vel etiam neutrũ fuit: vt infra eo.l.ſeruo.§.ſi quis.

QVæſitum eſt, ſi filiusfamilias qui filium habebat, heres inſtitutus fuiſſet[i] cũ eſſet vterque in poteſtate aliena, an ab eo filio eius legari poſſit.
C Reſpondi: cum poſſit à filio patri legari,[k] conſequens eſt vt vel fratri ipſius, vel filio, vel etiam ſeruo[l] patris ſui legetur.

Si libertatis dies & legati cedit ſimul vel libertatis prius, valet legatum: ſecus ſi prius cedit dies legati. Bartolus.

Præſenti quidem die data[m] libertate, ſeruo legari[n] vel purè vel ſub conditione poterit.[o] cum verò libertas ſub conditio-

* Incluſa iſta non ſunt in codice Florentino.

h *Ei qui.* cui per diuiſionem maiorem partem aſſignauerat, quàm
A ab inteſtato habiturus erat. & facit ſupra famili. erciſ. leg. ſi cum pater.

*QVæſitum.*] CASVS. Filium, & ex eo nepotem habebã in poteſtate. dictus filius heres fuit inſtitutus à quodam extraneo, & ab eo fuit legatũ dicto nepoti meo. certè valet legatum. & etiã ſi legatũ fuiſſet fratri prędicti inſtituti, vel etiam ſeruo ſuo, vel patris ſui, valet legatũ: quia etiam à filio meo inſtituto poteſt mihi legari. [PRÆSENTI.] quando in teſtamento meo dedi purè libertatẽ ſeruo meo, bene poſſum ei legare. vel volo purè, vel volo ſub cõditione. ſi autem dem ei libertatem ſub conditione. & do ei legatum purè: quandoque valet legatum, quãdoque non. nam ſi conditio libertati appoſita poteſt adimpleri ante aditam hereditatem, & ſic tempore quo cedit dies legati ſibi ſeruo purè relicti, inuenitur liber: vnde poteſt ſibi acquirere. dies autem dicti legati cedit ab adita hereditate: vt Cod. de cadu. tollend. §. in nouiſſimo. ſi autem conditio libertati appoſita non poſſit adimpleri ante aditam hereditatem: ſi alius eſſet inſtitutus, de quo ponit duo exempla, non valet dictũ legatum: quia cum dies eius cedit ſcilicet ab adita hereditate, inuenitur ſeruus heredis: vnde ſibi non poteſt acquirere lega-
D tum dictus ſeruus: nec heredi: quia iam eſſet heres & legatarius: quod eſſe non debet. quod autem dixi valere legatum purè relictum ſeruo cui data eſt libertas ſub conditione, ſi conditio poſſit adimpleri ante aditam hereditatem, & adimpleta ſit: fallit in vno caſu, veluti quando Stichum ſeruum meum inſtitui mihi heredem neceſſarium, & Pamphilo ſeruo meo dedi libertatem ſub tali conditione, quæ poſſet adimpleri ante aditam hereditatem ſi alius eſſet inſtitutus, & eidem Pamphilo aliquid purè legaui: quia hoc caſu ſtatim mortuo teſtatore Stichus heres eſt: ſiue velit, ſiue nolit. vnde non poteſt inueniri aliqua conditio quæ in hoc caſu poſſit adimpleri ante aditam hereditatem. tempore ergo quo cedit dies legati ſcilicet aditæ hereditatis, ſi inuenitur ſeruus, vt dictum eſt, ſibi legatum acquiri non poteſt: nec heredi. vnde iudicatur non valere. Hoc dicit vſque ad. §. duobus. Viuianus.

Hanc ſententiam refert Marcellus l. 86 j. de cõdi. & demonſt.

E i *Inſtitutus fuiſſet.* à patre ſecundum quoſdam: imò ab extraneo: vt ſtatim innuit cum dicit, aliena.

k *Patri legari.* etiam purè: quod dic vt. s. eod. l. à filio. & facit infra quando dies leg. ce. l. cum legato.

l *ſeruo.* imò videtur quod filio vel ſeruo heredis non iure legetur: vt inſtitu. de leg. §. an ſeruo. quæ eſt contra. Solu. hîc ſub cõditione, vt & ibi permittit. Vel dic ſecundum Ioan. quòd hic non erat filius vel ſeruus heredis, ſed patris heredis. Vel dic ſecundum quoſdam quod valeret ſecundum noua iura, ſecundum quæ quęritur proprietas legatario filio, ſed ſecundum vetera iura valebat, ſiue ipſe heres, ſiue legatarius fuit ante aditam hereditatem emancipatus.

m *Data.* i. directè relicta à teſtatore.

n *Legari.* eidem ſeruo.

o *Poterit.* & vtriuſque legati dies cedit ab adita hereditate: vt. C. de cadu. tollen. §. in nouiſſimo.

ne data fuerit: aliàs vtiliter, aliàs inutiliter pure legabitur.[a] nam ſi ea cõditio libertatis fuerit, vt paterfamilias ſtatim mortuo poſſit ante aditam hereditatem exiſtere conditio, veluti, *Stichus ſi decẽ Titio dederit*, vel *Capitolium aſcenderit, liber eſto*: vtile [b] legatũ eſt.[c] Huiuſmodi autem conditiones, B *ſi heredi decem dederis: ſi poſt aditam hereditatem Capitolium aſcenderit*: inutile legatum efficient.[d] Neceſſario autẽ ex aſſe herede ſcripto,[e] etiã hæ cõditiones quę ante aditam [f] hereditatem impleri poſſunt, inutile legatũ efficiẽt.[g]

Si ſeruo legato viuo teſtatore obuenit libertas: relictum eidem debebitur. Bartolus.

Duobus heredibus inſtitutis, alteri Stichum legauerat, & eidẽ Sticho decem. cum Stichus viuo teſtatore ad libertatem perueniſ C ſet, totum legatum ei [h] debebitur. Nam in ſolidum conſtitiſſe cauſam legati in eius perſona, hoc quoque argumẽto eſt, quòd ſi heres cui legatus fuerat, hereditatem non adiſſet, ſolidum ab altero herede conſequi poſſit.[i] Seruo legato legatum datũ eſt. Si alienatus à teſtatore fuiſſet legatum ad emptorem pertinebit.[k] Cum ſeruus Tititio, & eidẽ ſeruo aliquid legatur: fideicommitti poteſt, vt aut ſeruum alicui D reſtituat, vel ea quæ ſeruo legata ſunt. Hoc amplius etiam ipſi ſeruo cum liber erit, fideicõmiſſum à Titio dari poteſt. Si quis Stichũ legauerit, & eũdem alienauerit, vel manumiſerit, deinde codicillis eidẽ legatum dederit: legatũ vel manumiſſo vel emptori debebitur.[l]

a *Purè legabitur.* ſcilicet à domino: ab extraneo vero indiſtincte etiam pure legaretur.

b *vtile.* ſcilicet de decẽ. nam de libertate legatum ſemper valet.

c *Legatum eſt.* imò quandoque non: vt.j. de condit. & demon. l. cũ ſeruus. in princi. Sol. ibi mixta conditione. & dic vt ibi not.

d *Efficient.* quia dies huius legati ab adita hereditate cedit: vt in. d. §. in nouiſſimo. quod hic eſſe non poteſt. Sed cõtra. j. titu. ij. l. qui concubinam. . cum teſtamento. Solu. ibi. & facit ſ. de here. inſtitu. l. qui filio. §. ij. & ſ. eo. l. ſi poſt mortem. & j. de opti. leg. l. ſi optio. & j. titu. j. l. ſi quis ſeruo.

e *Scripto.* & relicta libertate ſeruo, & legato vt ſupra.

f *Aditam.* aliàs cum inſtitutus eſt extraneus, ſecũdum Ro. nam ſuus vel neceſſarius non dicitur adire. Vel dic ante aditã hereditatẽ. i. ante immixtionem: prætor enim permittit abſtinere: vt. ſ. e. l. nam nec.

g *Efficient.* ſi non impletæ fuerint ſtatim teſtatore mortuo, vel adhuc eo viuo. & eſt ratio ſecundum Ro. quia in hoc caſu inter mortem & hereditatis acquiſitionem nullum eſt medium.

*Duobus.*] CASVS. Duos mihi heredes inſtitui, & alteri eorũ legaui Stichum, & eidem Sticho legaui. x. Stichus peruenit ad libertatem me teſtatore viuo. certè legatum prædictum habebit in ſolidũ. nam & ſi non perueniſſet. Stichus ad libertatem me teſtatore viuo, certè legatum prædictũ habebit in ſolidum. nã & ſi nõ perueniſſet Stichus ad libertatẽ, ſed remanſiſſet apud heredem cui prælegatus fuit, & ipſe heres hereditatem non adiiſſet: totum legatum prædictum dicto heredi acquireretur per ſeruum prædictum ſibi legatum. [SERVO.] Titio ſeruum legaui: & ſeruo legaui. x. & poſtea ſeruum alienaui in Mæuium. certè Mæuius habebit legatũ ſeruo relictum. [CVM SERVVS.] Legaui Titio Stichum, & eidem Sticho legaui. x. certè poſſum grauare Titium de fideicommiſſo alicui dando, vel ipſi E ſeruo cum erit liber. [SI QVIS.] Legaui Titio Stichum: & poſtea eundem alienaui in Sempronium, poſtea eidem ſeruo dedi in codicillis legatum. certè illud legatum Sempronio acquiritur. & idẽ eſt ſi eum manumiſi poſtquam eum legaueram, & eidem poſtea legatum dedi in codicillis. nam ei manumiſſo acquiritur legatum. [SI MIHI.] Titius inſtituit te heredem, & mihi Stichum legauit. Sempronius quidam alius fecit teſtamentum, & dicto Sticho legauit. x. deceſſit Sempro. ſecundus teſtator, & viuo Titio primo teſtatore, ſicque ceſſit dies legati Sticho relicti: quare acquiritur hereditati Titij primi teſtatoris, id eſt ipſi Titio qui adhuc viuebat, vt dictum eſt. certè licet poſtea moriatur Titius cui acquiſitum eſt legatum relictum ſeruo qui adhuc erat ſuus, quamuis mihi legauerat eum, vt dictũ eſt: tamen ad me cui Titius Stichum legauit, non pertinebit legatum relictum dicto Sticho per Sempronium: imò pertinebit ad heredem Titij prędicti. [CVM HOMO.] A Legaſti mihi Stichum. ego fui litem conteſtatus contra heredem tuum ſuper hoc. certè quicquid à lite conteſtata vſque ad ſententiam habiturus fuiſſem ſi mihi datus eſſet tempore litis cõteſtatæ, totum debet mihi dare heres. & ponit ſimile de ancilla legata, & de fundo legato. Viuianus.

Ea quæ adquiruntur per ſeruũ viuo teſtatore, nõ debẽtur legatario: ſecus in quæſitis poſt mortem & aditam hereditatem. Bar.

Si mihi ſeruus à te herede legatus [m] fuerit, & eidem ſeruo aliquis [n] legauerit, & viuo eo qui mihi ſeruũ legauerat, dies legati B ſeruo dati ceſſerit: [o] confeſtim [p] id legatum hereditati [q] adquiritur. & ideo quamuis poſtea moriatur is qui ſeruum mihi legauerat, ad me id quod ſeruo legatũ eſt, non pertinebit.

Si legatur homo alienus, fructus & acceſſiones veniunt à tẽpore litis conteſtatæ. Bartolus.

Cum homo ex teſtamento petitus [r] eſt, cauſa eius temporis quo lis conteſtabatur, [ſ] repræſentari debet actori. & ſicut par- C tus ancillarum, ſicut fructus fundorum interim percepti in hoc iudicium deducuntur: ita quod ſeruo legatorum vel hereditatis nomine interim obuenerit, præſtandum eſt petitori.

Qui conſentit alienationi rei à teſtatore pure ſibi relictæ, poteſt adhuc petere pretium, licet heres ſoluendo rem liberare ſe poſſit. Bartolus.

XCII. IVLIANVS *libro trigeſimonono Digeſtorum.*

D SI fundum per fideicommiſſum relictum vnus ex heredibus excuſſo prætio ſecundum reditum [t] eius fundi mercatas ſit [u] propter æs alienum [x] hereditarium, præſente & adſignante eo cui fideicommiſſum debebatur: placet non fundum, ſed pretium eius reſtitui debere.[y]

h *Totum legatum ei.* Sticho: vt & j. quãdo dies leg. ce. l. cum legato.

i *Potuiſſet.* j. tit. j. l. milites. §. fi. contra. Sol. ibi.

k *Pertinebit.* j. §. ij. & j. quãdo di. le. ced. l. cum legato.

l *Debebitur.* ſ. §. ij. & j. quando dies leg. ce. l. cũ legato.

m *Legatus.* à teſtatore.

n *Aliquis.* extraneus.

o *Ceſſerit.* quia deceſſit qui legauit.

p *Confeſtim.* eo legante mortuo.

q *Hereditati.* id eſt bonis quæ nunc ſunt, ſpe futurę hereditatis. & ſic nomẽ deſtinatum poſt mortem, imponitur ante mortem: vt & poſtumus dicitur poſt teſtamẽtum natus etiam in vita. & facit. j. titu. j. l. qđ ſeruus.

r *Petitus eſt.* per legatarium.

ſ *Conteſtabatur.* ex hoc dicunt quidam moram fieri à tempore litis cõteſtatæ.[a] Io. verò prius etiam à die interpellationis: vt. j. titu. j. l. ſi quis ſeruo. quod plenè dic vt. C. de vſur. & fruc. lega. l. j. & facit. ſ. ſi cert. pe. l. cũ fundus. & j. de acquir. re. do. l. quæſitũ. & ſ. eo. l. apud Iulianũ. & j. ad Trebell. l. in fideicõmiſſariã. in princ. & ſ. de vſu. l. equis. & l. Paulus. & j. de opt. leg. l. filium. & j. titu. ij. l. patronus. ij. reſpon.

a ] Limita iſtud dictũ quando cõmittitur mora: & à quo tempore incipiat, vide per Ange. in l. vinũ. 2. colum. ſ. ſi cer. peta.

SI *fundum.*] CASVS. Pluribus mihi heredibus inſtitutis fundũ Titio per fideicommiſſum reliqui. vnus ex heredibus dixit coheredibus: quia hereditas eſt multũ onerata debitis, vendamus fundum prædictum, & expediamus nos à creditoribꝰ. & ſi vultis, ego inquiram reditus fundi, & ita quid poteſt valere fundus, & emam eum. dixerunt coheredes, vocemus Titium cui relictus eſt dictus fundus: & ſi placebit ei, faciemus. vnde vocaue- E runt eum, & dixerunt ei prædicta: & ipſe reſpon. non conſentiam aliter niſi detis mihi quantum poſtea valet fundus: ſed ita bene conſentio. & ita factum eſt. poſtea vult fideicommiſſarius fundũ. non poteſt, ſed pretium eius ſic. ſi tamẽ heredes velint ei dare fundum, bene poſſunt. Viuianus.

t *Secundũ reditum.* Nota pretiũ rei ſecundum reditũ: vt in auth. de non alie. § quod autem. in fi. col. ij. & C. de reſcin. ven. l. ſi quos.

u *Mercatus ſit.* à coheredibus ſuis. quo caſu etiam partem ſuã poteſt emere: vt. ſ. de in di. addic. l. quòd ſi vno. §. fi.

x *Propter æs alienum.* quod forte minuebat legatum. R. ſed hoc nõ allegabatur hîc.

y *Reſtitui debere.* imò nihil videtur deberi: vt infra titu. j. l. codicillis. §. j. contra. Solu. hæc ſecundum illam: quia eo animo hic cõſenſit, vt non perderet fideicommiſſum. Et eodem modo reſpon. ad l. j. eod. l. nihil. §. j. quæ eſt contra. vel dic vt ibi. Item eodem modo reſpon. j. titu. j. l. cum pater. §. libertis. Item no. hîc præſentiam no-

cere quo ad fundum.ſic.ſ.de pign.l.fideiuſſor.§.j.Sed argu. contra ſ.de pign.act.l.Gaius.&.j.tit.ij.l.Titia.§.Lucia. Sed dic vt in qualibet earum nota. Item no. quod pretium ſuccedit loco rei. [a] ſic.ſ. de peti.here.l.ſi & rem.

a] Limitabis hanc glo. & l.in ea alleg. per text.ſingu.in.l.1j. de diſtract. pign. ſecundum Bart. in. l. is qui à debitore. in prin.verſi. ſed quæro. j.de his quæ in frau. credi.Bald.in.l. fina. §. & ſi præfatam.in 3.nota.C. de iure delib. & Ang. & Alexã.plene in.l.ſi rem. de peti.her. vt non procedat in actione hypothecaria particulari.

a *Marcellus notat.* corrigendo, vt tantum fundus debeatur ſecundũ quoſdam. quod nõ placet, ſed eſt in ſolutione fundus.& facit.ſ. ſolu.matrimo.l.ſi verò. §.fi.Item facit.j.tit.j.l.ſi. §. quatuor. contra. Sed ibi alij ignorauerunt.

*Si Titio.*] CASVS. Titio legaui.x.& fidei eius commiſi vt ſeruum Meuij manumitteret. ſi dominus ſerui non vult eum vendere,nihilo minus Titius legatum habebit. nam non remanet per eum, ac ſi mortuus eſſet dictus ſeruus. [SICVTI.] Filiũ meũ impuberem mihi heredem inſtitui,& ita dixi: quicunque erit heres filio meo ab inteſtato,volo quod det Titio x.certè valet hoc fideicommiſſum.nam & valet cum relinquo ab herede meo legitimo. & eſt verum quod dixi, ſi dictus filius meus decedat impubes, non aliàs. h.d.cum.l.ſequen.Viu.

b *Si Titio.* aliàs.§. Iulianus.aliàs.l.ſi Titio.95.

c *Velit.* idem ſi velit, ſed immenſo pretio: vt infra titu. j.l. nõ dubiũ. §.fina.

d *Non ſummoueretur.* vt & argu.ſupra eod.l.turpia.§.j.& infra de op.le. l.filium. &. C. de inſtit. & ſubſti. l. j. & infra de ali.lega.l.pecuniæ. &.ſ. de cõdi.inſti.l. quæ ſub condi. §. quoties. & infra titu.j.l. ſi quis Titio. &.j.tit.ij.l.pater.§. Tuſculanus.

e *Dare.* vt &.ſ. titu.j.l. iij.&.C. de fideicõmiſſ. lib.l.ex teſtamento.

f *Filij.* inſtituti, nõ exheredati:vt.C.de le.l.cũ quidam. & infra eod.l. plane. in princip. cum enim poſſet pro eo teſtari:vt inſtitu.de pupil. ſubſtit.in princi. ergo ſi non facit ipſe pater, videtur relinquere legitimis filiis:vt ſupra titu.j. l. conficiuntur. circà princip. Vel dic quod pater inteſtatus obiit: ſed codicillos fecit pro filio:ſecus in teſtamento quod hic pater tãtùm filio faceret: quia non valeret niſi & pater ſibi faciat: vt.ſ.de vulg.ſubſti.l.ij.§.prius,

Marcellus notat: [a] Si fundum reſtituere malit heres, audiendum exiſtimo.

Licèt modus per caſum deficiat, debetur legatum. Bartol.

Iulianus. Si Titio [b] pecunia legata fuerit, & eius fidei commiſſum, vt alienum ſeruũ manumitteret, nec dominus eum vendere velit: [c] nihilo minus legatum capiet: quia per eum non ſtat quo minus fideicommiſſum præſtet. nam & ſi mortuus fuiſſet ſeruus, à legato non ſummoueretur. [d]

Poteſt relinqui fideicõmiſſum à ſuccedentibus ab inteſtato pupillo, quod expirat pubertate adueniente. h. d. vſque ad. §. qui rogatus. in. l. planè. Bartol.

Sicuti conceditur vnicuique ab eo ad quem legitima eius hereditas vel bonorũ poſſeſſio peruentura eſt, fideicommiſſum dare: [e] ita & ab eo ad quem impuberis filij [f] legitima hereditas vel bonorũ poſſeſſio peruentura eſt, fideicommiſſa rectè dabuntur:

XCIII. VLPIANVS *libro primo fideicommiſſorum.*

QVod fideicõmiſſum hactenus quatenus [g] impubes decedat, valebit. cæterùm ſi pubes factus deceſſerit, euaneſcit [h] fideicommiſſum.

CXIIII. IVLIANVS *libro trigeſimonono Digeſtorum.*

PLanè ſi filium impuberẽ exheredauerit, fideicõmiſſum legitimus heres præſtare cogendus [i] non erit, niſi idem & patri heres fuerit. [k]

Venditor ſerui heredis de reſtituendo rogati tenetur fideicommiſſario ſi eſt ſoluendo: aliàs cõtra emptorẽ habetur regreſſus. B.

Qui rogatus erat hereditatem ex qua ſeruus eius heres inſtitutus erat, reſtituere, cum alij ſeruũ vendidiſſet: [l] quæſitum eſt an hereditatem reſtituere cogẽdus eſt is ad quem hereditas ex emptione ſerui heredis ſcripti peruenerit. Dixi compellendum eſſe ad fideicommiſſum reſtituendũ eũ qui ſeruum ſuum heredem ſcriptum vendidit: cum pretium hereditatis quam reſtituere rogagatus eſt, habeat. [m] Is autem ad quẽ hereditas ex emptione ſerui heredis ſcripti peruenerit: [n] ex cauſa cogendus erit fideicommiſſum præſtare, id eſt ſi dominus ſerui heredis ſcripti ſoluẽdo non erit. [o]

Grauatus dare vnam de rebus altercatiuè relictis, tenetur ad illam, etiam ſi aliam elegerit. Bar.

Si cui Stichus aut Dama legatus eſſet electione legatario data, & fidei eius commiſſum eſſet vt Stichum alteri præſtaret: ſi Damam vindicare maluerit, nihilo minus Stichum ex cauſa fideicõmiſſi præſtare debebit. Siue enim pluris eſt Dama, compellendus eſt Stichum redimere: ſiue minoris, æquè Stichum iuſtè dare cogetur, cum per eum ſteterit [p] quo minus ex teſtamento haberet quod fideicommiſſum fuerit.

Cui eſt prouiſum nõ pecuniariter, grauari non poteſt. Bartol.

Qui teſtamento manumittitur, [q] & neque legatum neque hereditatem capit: fideicommiſſum præſtare cogendus non eſt. ac ne is quidem qui ſeruum legatum rogatus fuerit manumittere. [r] Is enim demum pecuniam ex cauſa fideicommiſſi præſtare cogendus eſt, qui aliquid eiuſdẽ generis vel ſimilis ex teſtamento conſequitur.

CXV. VLPIANVS *libro primo Fideicommiſſorum.*

VIdendum tamen eſt, nunquid ſi vice operarum rogauerit eum aliquid, [ſ] debeat

g QVod *fideicommiſſum.Quatenus.* id eſt quando.

h *Euaneſcit.* ſic ſubſtitutio pupillaris euaneſcit adueniente pubertate: vt inſtit.de pupil.ſubſtit.§.j.

P *Lanè.*] CASVS. Ego exheredaui filium, & ab eius legitimo reliqui fideicommiſſum. non valet niſi legitimus filius fuerit meus heres. & tunc præſtabit fideicommiſſ. non quaſi heres filij, ſed quaſi meus. [QVI ROGATVS.] Seruum tuum heredem inſtitui, & hereditatem meam rogaui te dominum vt alij reſtitueres. tu vendidiſti ſeruum, & habuiſti pretium ſerui & hereditatis. certè teneris ad fideicommiſſum præſtandum, & emptor ita demum ſi tu ſoluendo non es. [SI CVI.] Legaui tibi Stichum aut Damam, ad tuam electionem, & rogaui te quod Stichum Titio dares ex teſtamento. tu petiſti Damam, & habuiſti. certè quamuis Dama ſit vilior quàm Stichus, nihilo minus Stichum Titio dabis: quia per te ſtetit quo minus habeat Stichũ ex teſtamẽto meo quo rogaui te Titio dare. [QVI TESTAMENTO.] Si do ſeruo meo libertatem, & nihil aliud: non poſſum grauare eum in aliquo: nec illum ſimiliter poſſum grauare cui lego ſeruum, vt eum manumittat: quia iſti duo nõ recipiunt in teſtamento meo pecuniariũ cõmodum. quidam tamẽ dicebãt recipere pecuniarium cõmodum illum qui rogatus eſt de manumittẽdo: quia poteſt eidem manumittẽdo operas imponere: vndè ſic poteſt grauari fideicommiſſum: quod vetat lex ſequens. Viuianus.

i *Cogendus.* vt &.j.titu. ij.l. fina. &. C. de lega. cum quidam. &. j. ad leg.Falcid.l. qui fundũ. §.qui filios.

k *Heres fuerit.* ſic infra ad leg.Falcid.l. in ratione.§.fina.

l *Vendidiſſet.* antequam vellet adire hereditatem.& ſic iuſſu emptoris adibit: vt inſtitu. de heredi. inſtitu. §. alienus. aliàs ſi iam adiſſet, apud venditorẽ remaneret: ſicuti aliud eius peculium: vt ſuprà de contrahen.empt.l.quoties.Accurſius.

m *Habeat.* per mediũ. fiducia enim hereditatis quærẽdæ cari' emit. Et not.pretiũ ſuccedere loco rei: vt.ſ.de peti.here.l.ſi & rem.

n *Peruenerit.* quia emptor ſerui iuſſit adire.

o *Non erit.* ſic ſupra de eo per quem fact.erit.l. fina.in princi. Sed quid in noſtro caſu ſi eum manumiſit antequã adeat iuſſu domini? Reſp. manumiſſum teneri: vt infra titu. j. l. ſi alienus ſeruus.

p *Steterit.* eſt & alia ratio, quia is videtur melior, quem elegerit: vt inſtitu.de actio. §.huic autem. aliàs niſi eſſent iſtæ rationes, eſſet contra infra titu.j.l.imperator. Accurſius.

q *Qui teſtamento manumittitur.* directò. idem ſi per fideicõmiſſum, vt ſtatim innuit. Sed ar.contrà.j.de manumiſ.teſta.l.libertas.§. hæc ſcriptura.&.l.Mæuia. ſed reddere rationes non eſt ſoluere de ſuo: & accendere candelas non eſt pecuniarium: & ſic nec per hoc poteſt grauari: vt.ſ.proxi.

r *Manumittere.* nam non eſt locupletior qui libertum habet: vt.j. de reg.iur.l.nemo.§.fi.&.j.de aſſigna.lib.l.aſſignare.

r *Manumittere.* non enim perſeuerauit commodum: vt & infra e. l.quidam.§.ſi tibi.

ſ V*Idenndum. Aliquid.* ſcilicet dare. vel dic ad dationem pertinens.

a *Exiguntur.* vt.C.de ope.lib.l.mater.etiam ſi hoc dixit teſtator:vt.j.de ope.li.l.cerdonem.&.l.Campanus,niſi eſſet filius teſtatoris,& pater hoc præceperit: vt.j.de bo.lib.l.qui ex cauſa.& de fideicommiſſ.li.l.ſi filius.in princip. A

Q*vidam.*] CASVS. Titius ita legauit: Pamphilæ volo dari aureos quadringentos: & volo quod heredes mei accipiant partem tertiam de dictis quadringẽtis à Iulio caſtaldo meo:& ſuperfluum accipiant de talibus aliis locis.poſtea teſtator accepit denarios caſtaldo,& in alios vſus conuertit,& deceſſit non mutato teſtamento.certè nihilominus valet fideicommiſſum Pamphilæ datum, quãuis ſint ſummæ in alios vſus trãſlatæ:quia non appoſuit cõditionem,imò demõſtrationem,cum dixit,à Iulio, &c.[QVOTIES.] Inſtitui mihi heredem, & ab eo legata reliqui. ipſe non vult hereditatẽ & vacat hereditas: vnde fiſcus debet eam habere.certè fiſcus pręſtabit dicta legata. [SI TIBI.] Legaui tibi Stichum valentem x. & rogaui te quod Titio. x.dares.poſtea antequã legatum agnoſceres,eſt mortuus Stichus. certè non præſtabis fideicõmiſſum à te relictum. [SI SCRIPTVS.]Plures inſtitui mihi heredes, & legata ab eis reliqui:& dixi,volo quod Titius heres percipiat omnia legata, & ea inter legatarios diſtribuat.certè legatum alicui ſub conditione relictum nõ percipere Titius heres ante conditionem. pendente tamen conditione legati cauebũt coheredes aut Titio commiſſario, aut legatario conditionali quod præſtabunt legatum conditione adueniente. [CVI STATVLIBER.] Libertatẽ dedi ſeruo meo ſub conditione ſi daret tibi. x. & te grauaui in præſtandis Titio.x. certè bene valet fideicommiſſum à te relictũ Titio. & eſt ratio quare poſſum te grauare vt dicit litera,nam cum poſſit,&c. Viuianus.

† Et ratio huius.§.eſt, quia quamuis fiſc⁹ ſuccedẽs in hereditate, nõ ſit heres nomine,eſt tamẽ effectu: vt not.in.l. ex facto.§.fi.j.de vul.& pu.& bo.eſt text.in.l.3. C.ad legem Falc.de quo vide in l.ſi ſeruus.§.ſi quis ante.& ibi.Bar.ſ.e.ti.

hoc fideicõmiſſum valere.Quod nequaquam dicendum eſt: quia nec operæ imponi huiuſmodi liberto poſsũt,nec impoſitę exigũtur, a quãuis teſtator ita cauerit.

Deſignatio vnde legatum ſoluatur,poſt legatum relictum appoſita, ipſum conditionale non facit. Bartolus.

XCVI. IVLIANVS *libro trigeſimonono Digeſtorum.*

B

QVidam teſtamento vel codicillis ita legauit. *Aureos quadringentos Pamphilæ dari volo,ita vt infrà ſcriptum eſt. ab Iulio actore* b *aureos tot: & in caſtris quos* c *habeo,tot: & in numerato quos habeo,tot.* poſt multos annos eadem voluntate manente deceſſit, cum omnes ſummæ in alios vſus tranſlatæ eſſent. quæro, an debeatur fideicommiſſum. Reſpondi, vero ſimilius eſt,patremfamilias demonſtrare potius heredib⁹ voluiſſe vnde aureos quadringentos ſinę incommodo rei familiaris contrahere poſſint, quàm cõditionem fideicommiſſo iniecisse. d quod initio purè datum eſſet:& ideo quadringenti Pamphilæ debebuntur.

Bona vadunt ad fiſcum cum onere legatorum.Bartolus.

C

Quotiens † lege Iulia bona vacantia ad fiſcum pertinent: & legata & fideicommiſſa præſtantur, e quæ præſtare cogeretur heres à quo relicta erant.

D

Qui tenetur ad pretium rei, re perempta liberatur. h. d. Vel ſic: Qui tenetur ad quantitatem reſpectu ſpeciei, perempta ſpecie liberatur. Bartolus.

Si tibi ſeruus legatus fuerit, & petitum à te vt Titio aliquid pręſtares vſque ad pretium ſerui, deinde ſeruus deceſſerit: f nihil fideicommiſſi nomine præſtare cogendus eris.

E

Executor non debet ante pecuniam petere, quàm conditio legati extiterit. Bartolus.

b *Actore.* id eſt,caſtaldo.
c *Quos.* aureos.Accurſius.
d *Iniecisse.* ſic.j.tit.j.l.Lucius. in prin. &.j.titu.ij.l. Paulo Callimacho.§.fi.&.j.de adi.leg.l.Lucius.&.j.titu.ij.l.prædiis. in prin.&.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.
e *Præſtantur.* à fiſco:vt.ſ.ad Sil.l.cum fiſco,&.j.de iure fiſci.l.quod dicitur.&.j.ad Trebel.l. Marcellus.§.fina.&.ſ.ſi quis ali.teſt.pro.l.ſi quis.&.C.ad.l.Falci.l.etiam.
f *Deceſſerit.* non præcedente mora heredis antequam legatum agnoſceres.Vel dic etiã poſtea:& ideo liberatur interitu ſerui. quia cum dixit teſtator vſq; ad pretiũ ſerui: videtur ei electionẽ dediſſe velit dare ſeruũ,vel eius pretium. & ſic cũ alterũ tãtum ſit in obligatione, & electio ſit debitoris, ſeruo mortuo debet liberari: quia eum eligere potuit: ar.ad hoc.j.eo.l.filiusfami.§.apud Marcellum.&.j.de re iud.l.miles.§.j.& dixi.ſ.eo.l.cum res. H. ſed in vera alternatiua altero mortuo, qui ſupereſt dãdus eſt: vt.ſ. de eo quod cer.lo.l.ij.§.qui Stichum.& facit. C. cõmunia de leg.l.j.&.j.titu. ij. l. ſi legatarius.

ff. Infot.

Si ſcriptus ex parte heres, rogatus ſit percipere g pecuniam, & eis quibus teſtamẽto legatum erat, diſtribuere: id quod ſub conditione legatum eſt, h tũc percipere debebit, cum conditio extiterit:interim i aut ei,aut his quibus legatũ eſt,ſatiſdari oportet.

Ille cui datur aliquid cauſa cõditionis implendæ, poteſt onere fideicommiſſi grauari. Bartolus.

Cui ſtatuliber pecuniam dare iuſſus eſt, k is rogari poteſt vt eãdem pecuniam alicui reſtituat. Nam cum poſſit teſtator codicillis purè libertatem dare, & hoc modo cõditionem extinguere: l cur non etiam per fideicommiſſum eandem pecuniam adimendi poteſtatem habeat?

Fideicommiſſum iniũctũ de re legata, præſtatur vt accipitur: ſi de alia, præſtatur in integrũ. Bar.

XCVII. IDEM *libro quadrageſimoſecundo Digeſtorum.*

SI mihi Stichus legatus eſſet, fideique meæ commiſſum, vt aut Stichum m aut Pamphilum meum ſeruũ redderem, & in Sticho aliquid ex legato propter legem Falcidiam perdidiſſem: neceſſe habebo aut Pamphilũ ſeruũ meum totum Titio dare, aut eã partem n Stichi, quam legatorũ nomine accepero.

Is in quo ius eſt poſtliminij, poteſt legari. Bartolus.

XCVIII. IDEM *libro quinquageſimoſecundo Digeſtorum.*

SEruus o ab hoſtib⁹ captus rectè legatur. hoc enĩ iure poſtliminij fit: vt quemadmodum heredem inſtituere poſſumus ſeruũ qui in hoſtium poteſtate eſt, ita legare quoque eum poſſemus.

Cui optio eſt legata, poteſt optare ſeruum ſpecialiter alteri legatum. Bartolus.

XCIX. IDEM *libro ſeptuageſimo Digeſtorum.*

SI domino p Stichus legatus eſſet, & ſeruo eius q optio

g *Percipere.* vt miniſter, & vt momentaneã curam habeat. aliàs cõtra j.tit.j.l. ſi quis Titio. & de adi.leg.l.pecuniæ.
h *Legatum eſt.* facit. ſ. fami.erciſ.l.& poſt.§.j.
i *Interim.* id eſt,pẽdente conditione.
k *Iuſſus eſt.* ĩ teſtamẽto.
l *Extinguere.* & ſic directo aufert pecuniam ei cui ſtatuliber iuſſus erat dare.quãdoque tamẽ per obliquũ, ſiue p fideicõmiſſum:vt hereditas in codicillis:vt.C. de codicill.l.hereditatẽ. & facit. ſ. de do. cau. mor.l. quòd ſtatuliber.

S*I mihi ſtichus.*] CASVS. Mæuius legauit mihi Stichum, & rogauit me quod darẽ Titio dictum Stichũ aut Pamphilũ ſeruũ meũ. heres Męuij detraxit mihi Falcidiam de Sticho, certè adhuc eſt mea electio vtrũ de Titio partẽ Stichi quã habeo, an Pamphilũ ſeruũ meũ. Viuia.

m *Aut ſtichum.* mihi legatum.
n *Eam partem.* non deducto aliquo. ſic.ſ. de annu. leg. l. liberto. §.à liberto. &.j.ti.j.l. cũ pr̃. §.j.&.l.imperator. Sed contra.j. ad.leg. Falc.l. pœnales.§.fi. vbi legatarius deducit ſi ei deductũ eſt. Solu.ibi in relicto quantitatis, hîc in ſpecie indiuiſibili.ſic & aliàs.ſ.e.l.ſi fundus ſub cõditione.§. ſi libertus. &.j.eo.l.ab omnibus.j. reſpon. & no. de hoc. C.commu.de le.l.j.

S*Eruus.*] CASVS. Dicitur hic quod ſicut ſeruum ab hoſtibus captum poſſum heredẽ inſtituere: ita eũ alij legare poſſum. Viuianus.

o *Seruus.* facit.ſ.de here.inſti.l.illa.§.j.&.j.e.l.ſi ſeruo.§.j.&.l.ab omnibus.§.etiam.&.ſ.eo.l.id quod.Sed ar.contra.j.de verb.oblig.l.liber homo.

S*I domino.*] CASVS. Pamphilo Titij ſeruo legaui optionem ſeruorum meorum inter quos erat Stichus. poſtea ipſi Titio domino legaui dictum Stichum. certè viuo Pamphilo cui legaui optionem,non habet dominus Titius Pamphili niſi dimidiam in Sticho: quia poterit eſſe quòd Pamphilus perueniet ad libertatem,& optabit Stichum qui legatus eſt domino ſuo. vnde in eo concurreret quilibet in dimidia.

p *ſi domino.* puta Pamphili. Viuianus.
q *Seruo eius.* domini,ſcilicet Pamphilo.



UNED

a *Data.* ſcilicet vt optet vnum ex illis,cum duo tãtùm eſſent:alioquin generale legatum optionis in vno ſeruo de familia, nõ deroget ſpeciali:vt.j̃.de pec.le.l.ſeruo manumiſſo.& de opt.le.l.cũ ita.§.j.&.l.ſi heres.quæ ſunt contra. Sed R.intelligit quòd hîc dicit,eſſe verum ex ſignificatione verborum defuncti: ſed ſecus ex interpretatione volũtatis [a] eius: vt in contrariis. Et hoc not. hic per plura verba,& ſecundũ hoc fuit legata optio ſerui de tota familia.Sedpone me inſtitutũ, & ſeruo meo relictã optionem ſerui. videtur non valere: vt inſti.de leg. §. an ſeruo. Sed dico cõtra:quia legatum optionis eſt cõditiõale. ſ. ſi optauerit: vt inſtitu.de le.§.optionis ſed regula Cato. nõ pertinet ad cõditionalia relicta:vt.j̃. de regu. Cato.l.j.&. d. §. an ſeruo.in fi.Accurſius.

a] Quæ debet fieri ab herede etiã ſignatur de præiudicio tertij in lucris captandis: nõ ſi de damnis inferendis. Bart.in.l.ſi quis à filio. §.1.ſupra eo. Quãdo autẽ agitur de interpretatione totius teſtamenti: pertinet ad iudicẽ,per. l.voluntatis. & ibi Bal.C. de fideicommiſſ.

b *Quod.* id eſt,quia.

c *Optare.* de rigore verborum.vel dic quòd erãt duo tãtùm, vt dixi. & ſecũdum vtrumque fiunt partes concurſu. nam poteſt eligere in Sticho, cum & ipſe cõtinebatur in optiõe hominis cui legatur, &c. vt.j̃ ti. j. l. Mæuius. §. j. Sed huic. l. ſecundum quod R.ponit. ſunt cõtraria iura quæ dicunt generi per ſpeciem derogari, non ſpeciei per genus:vt.j̃.tit.ij.l. ſeruis vrbanis.&.j̃. de reg.iu. l. in toto. ſed ex prædictis apparet ſol.

SI *mihi.*] CASVS. Sẽpronius legauit mihi equum ſuũ ſub conditione ab herede ſuo Titio. Titius heres poſtea mihi eũdem equum ſub eadem conditione legauit.certè adueniente conditione conſequar equum ex primo teſtamento Sempronij, & non ex ſecundo Titij. Viuianus.

d *Si mihi.* facit.j̃.de le.ij.l. Mæuius.j.reſpon.&.j̃.ad.l. Fal.l. fundo. Sed contrà.s̃.eo.l.planè.§.j.ſolu.vt dixi.s̃.eo.l.huiuſmodi.§.j.

SI *ſeruo.*] CASVS. Titius in teſtamento ſuo legauit ſeruo meo Stichũ,& poſtea fecit codicillos, & mihi legauit eundẽ Stichũ. ego neſciens mihi legatum eſſe Stichum in codicillis, repudiaui ex teſtamento. certè nihilominus poſtea potero petere ex codicillis. [SI EI.] Capto apud hoſtes aliquid legaui,& ipſe ibi mortu⁹ eſt. certè nihil valet legatum,quamuis ſi rediiſſet ab hoſtibus,per poſtliminium confirmaretur legatum,& valeret. Viuianus.

e *Poſſum.* vt.j̃.tit.j.l.ſi duobus.&.l. ſi mihi purè. &.s̃. de tranſac.l. cum Aquiliana.&.l.qui cum tu.in princip.& inſti.de inoffi.teſta.§. mater.&.§ cæterum.

f *Momenti.* habetur enim hoc legatum pro non ſcripto : vt. C. de cadu.tollen.§.in primo.& facit.s̃.eod.l.ſeruus.

SI *minor.*] CASVS. Quidam minor.xx.annis manumiſit ſeruum ſuum non probata cauſa apud cõcilium,ſicut debet facere per. l.Æliam Sentiam,& ita non valuit manumiſſio. & poſtea eidẽ ſeruo legatum reliquit in teſtamento ſuo, & poſtea eundem ſeruum alienauit in Titium,& Titius dedit ei libertatem,quæ valuit. nunquid capiet dictus ſeruus nunc liber legatũ ſibi à dicto minore relictum?Et dicitur quòd non.ſicut enim nõ valeret legatum ſi ei legaſſet ſine libertate, ita non valet quando legat ei data ei libertate inutiliter:vt fuit in noſtro caſu. Viuianus.

g *Alienatus.* ab illo teſtatore viuente poſtea.

h *Sine libertate.* nam non poteſt minor ſine cauſa probata corã iudice, dare libertatem etiam in vltima voluntate.vt hîc,& inſti.qui ma. non poſ.§.eadem. licet ibi ad. xvij.an. reducatur, & hodie per

**A** authen.ad.xiiij.an.vt.C.qui ma.nõ poſ.authen.ſed hodie. & ſic nõ ob.C.eo.l.ſeruis.ſed cum tempore mortis minoris ſit liber,videtur valere. ſed certè ideo non valet, quia ſub conditione videtur legatum.ſ.ac ſi ex manumiſſione peruenerit ad libertatem: vt ſupra de condic.indebi.l.ſeruo.

data: [a] partem dimidiam Stichi dico ad dominũ ptinere, quòd [b] poſſit ſeruus manumiſſus eũdem Stichum optare. [c]

Diſpoſitio heredis nõ tollit diſpoſitionem defuncti. Bartolus.

C. IDEM *libro ſeptuageſimoſeptimo* Digeſtorum.

SI mihi [d] Sempronius à Titio herede legauerit, Titiúſq; mihi ſub eadem conditione eãdem rem legauerit: exiſtente cõditione capiam legatum ex teſtamento Sempronij.

Qui repudiat ex perſona ſerui, poteſt agnoſcere ex ſua. Bartol.

CI. IDEM *libro ſeptuageſimooctauo* Digeſtorum.

SI ſeruo meo Stichus legatus fuerit teſtamento, ídque legatum repudiauero, deinde prolatis codicillis apparuerit, mihi quoque eundem Stichum legatum eſſe:nihilominus eundẽ vindicare poſſum. [e]

**C**

Qui decedit apud hoſtes, videtur mortuus tempore captiuitatis.qui reuertitur, videtur ſemper fuiſſe in ciuitate. Bartolus.

Si ei qui in hoſtiũ poteſtate eſt, legatum fuerit, & is apud hoſtes deceſſerit:nullius momenti [f] legatum erit, quamuis poſtliminio confirmari potuit.

Legatum purè relictum ſeruo non iuſtè manumiſſo, non valet, nec confirmatur ſi poſtea manumittatur. Bartolus.

CII. IDEM *libro octageſimoprimo* Digeſtorum.

SI minor quàm viginti annis dominus ſeruum cauſa non probata manumiſerit, & poſtea legatum ei dederit, íſque alienatus [g] ad libertatẽ perductus fuiſ-

**B** ſet,legatum non capit. nam perinde nullius eſt momenti legatũ, ac ſi ſine libertate [h] datum fuiſſet.

Tunc in fraudem videtur quis fideicommiſſum aſſumere, quãdo non publicè ſed ſecretè de reſtituendo promittit. Bartolus.

CIII. IDEM *libro octageſimotertio* Digeſtorum.

IN tacitis fideicommiſſis fraus legi fieri videtur, quotiens quis neque teſtamẽto neque codicil-

**C** lis rogatur, [i] ſed domeſtica cautione vel chirographo obligat ſe ad præſtandum fideicommiſſum ei qui capere non poteſt. [k]

Si teſtator vnum ex heredibus exemit ab onere, cæteri ad onus integrum tenebuntur. Bartolus.

CIIII. IDEM *libro primo ad Vrſeium Ferocem.*

AB omnibus heredibus legatum ita erat, *Quiſquis mihi heres erit, damnas eſto Titio dare centum.* deinde infrà comprehenſum erat, ne vnus ex

**D**

IN *tacitis.*] CASVS. Si teſtator non in teſtamẽto vel codicillis domeſtica cautione obligat heredẽ ſuũ de præſtando fideicõmiſſo illi qui capere nõ poteſt, videtur fieri fraus legi quę dicit quod non capiẽtibus non relinquatur.& habebit fiſcus illud fideicommiſſum. Viuianus.

i *Rogatur.* expreſſè & euidenter, licèt dicat,facias quod ſcis, vel da ei cui ſcis me velle.

k *Non poteſt.* ad hoc.j̃. de iu.fiſ.l.iij.in princip. &.l.in fraudem.&.s̃.de vſur. l. cum quidam. §. in tacita. Accurſius.

AB *omnibus.*] CASVS. Ita dixit teſtator, Quiſquis mihi heres, erit,det Titio centum.i. inter oẽs heredes dent Titio cẽtum. poſtea dixit,volo quòd Titi⁹ heres meus aliquid præſtet de bonis centũ.certè reliqui heredes dabũt tota centum Titio. [IN TESTAMENTO.] Ita dixit teſtator, Heres meus det cẽtum Lucio Titio ſi ipſe Lucius Titi⁹ reddiderit dicto meo heredi tabulas ſiue chartã in qua ſum ei Lucio obligatus in. lx.pone.Lucius deceſſit antequam daret chartam heredi.nũquid heres Lucij poterit petere legatũ de centum?& certè ſi tempore teſtamenti tabulæ ſiue charta erant in rerum natura, non habebit heres Lucij legatũ:quia non adimpleuit Lucius conditionẽ de dandis tabulis heredi teſtatoris, quare non trãſmiſit ad heredem ſuum legati petitionem. ſi autem non erant in rerũ natura, videtur appoſita legato Lucij impoſſibilis conditio,vnde pro non ſcripta habetur, ſicque legatum purum tranſmiſit ad heredem ſuum Lucius Titius prædictus. [ETIAM.] Quædam res hoſtium poſſunt emi,& quędã non.illa res ergo hoſtium quæ poteſt emi,poteſt legari,& non alia. [SI ATTIO.] Inſtitui mihi heredes Attiũ & duos alios,& poſtea ita dixi, Quiſquis mihi heres erit,det.x.Attio.certè pro parte coheredum habebit legatum Attius,& non pro ſua:quia heredi à ſemetipſo ſibi legari nõ poteſt. Quid ſi ita dixi,volo quòd Attius habeat fundũ Cornelianum,& det heredibus meis.x? certè pro parte coheredum habebit

**E** fundum,& non pro ſua. & ſicut pro tertia non habet fundum, ita pro tertia nõ ſoluit.x. Quid ſi ita dixi,Quiſquis mihi heres erit,det heredibus meis.x. & ſic grauaui omnes heredes dare omnibus heredibus decem.certè omnes heredes habebũt æquales partes de.x. & ſic nullus dabit aliquid de legato alteri. [CVM QVIDAM.] Inſtitui mihi heredem Titium quandocunque mater eius decederet: quod perinde eſt ac ſi ſub cõditione eum inſtituiſſem: quia ſub die incerto eum inſtitui:& ſi heres non eſſet Titius,ſubſtitui ei Męuiũ, & à ſubſtituto prędicto reliqui legata inſtituto.me poſtea mortuo, & ſic cedente die legati à me teſtatore inſtituto relicti præſtandi ei per ſubſtitutum, ipſe inſtitutus deceſſit viua matre ſua, & ita antequam exiſteret dies ſub quo eum inſtitui, vnde hereditatem meam non tranſmiſit ad heredem ſuum, imò habet eam dictus ſubſtitutus qui de legato præſtando inſtituto erat oneratus. venit heres inſtituti, & petit legatum à ſubſtituto, dicens, quamuis inſtitutus ad me ſuum heredem non tranſmiſerit hereditatem,

tamen

tamen legatum benè tranſmiſit: quia tempore quo deceſſit inſtitutus, ceſſerat dies legati, vt dictum eſt. certè optimè petit, & habere debet legatum non ſolùm quando ego teſtator ei inſtituto taliter reliqui legatum vt dictum eſt, id eſt purè: ſed etiam ſi reliquiſſem ſub cõditione ſi heres non eſſet inſtitutus prædictus. illa enim conditio impletur eo moriente: vnde debet heres eius habere legatum ſub dicta cõditione relictum. & ita intelligitur illa conditio etiã ſi non eſſet appoſita. nõ tamen poſſet habere legatum ſi heres eſſet: vt dixi in caſu ſupra proxi. §. ſi intelligitur etiam ſi non ſit appoſita, ergo legatum non facit conditionale: vt ſupra. eo. l. iij. non eſt ergo mirum ſi heres inſtitutus habet legatũ in prædicto caſu. [SI SOCERO.] Dedi dotem pro filia mea Titio genero meo. ipſe gener me ſocerum inſtituit heredem, & partem hereditatis ſuæ legauit Mæuio. certè ego ſocer & heres poſſum antè partẽ accipere dotem quam dedi genero, & poſtea legatũ ſoluere. & idem eſt ſi alio modo erat meus debitor gener qui me inſtituit. Viuianus.

A

heredibus ei daret. Quæritur, reliqui heredes vtrum tota [a] centum dare deberent: an deducta vnius illius hereditaria portione. Reſpõdit, verius eſſe, reliquos heredes tota centum debere: cũ & ſignificatio verborum non repugnet huic ſententiæ, & voluntas teſtatoris congruat.

B

**Legatario mortuo ante conditionis poſſibilis exiſtẽtiam, legatum extinguitur: ſecus in conditione impoſſibili. Bartolus.**

In teſtamento ſic erat ſcriptũ: *Lucio Titio, ſi is heredi meo tabellas quibus ei pecuniam expromiſerã, dederit, centum dato*. Titius deinde antequam tabellas heredi redderet, deceſſerat. Quæſitum eſt, an heredi eius legatum deberetur. Caſſius reſpondit, ſi tabulæ fuiſſent, non deberi: quia nõ redditis his dies legati non ceſſit. Iulianus notat: Si teſtamẽti faciẽdi tẽpore tabulæ nullæ [b] fuerunt, vna ratione dici poteſt legatum Titio deberi, quòd ἀδύνατος * conditio [c] pro non ſcripta habetur. Etiam rem hoſtium poſſe legari Sabinus ait, ſi aliquo [d] caſu emi poſſit. Si Attio [e] ita legatum fuerit, *Quiſquis mihi heres erit, damnas eſto Attio heredi decem dare*. deducta [f] ſua parte Attius decem petet. Item ſi iuſſus fuiſſet [g] heres decem dare, & fundum ſibi habere: deducta ſua parte decem dabit. [h] Denique conſtitit, cum ita legatum fuiſſet, *Quiſquis mihi heres erit, damnas eſto heredi meo* [i] *decem dare*: exæquari omnium heredum partes, eo quòd vnuſquiſque & ſibi & coheredi ſuo dare damnatus videtur. [k]

C

D

**Conditio adiecta in inſtitutione, non videtur repetita in legato eidem ab alio gradu relicto. h.**

E

* id eſt extra poteſtatem poſita.

a Tota centum. ſupra. e. l. ſi fundum ſub conditione. §. ſi libertus. contrà. Solu. ibi. Item argu. contrà ſupra de admin. tut. l. ſi pupillus. [a] & infra de lega. ij. l. cum ab vno. [b] ſed pro hoc infra de duo. reis. l. penulti. & infra de fideiuſſ. l. ſi ſtipulatus. §. fi.

a] Dic quòd ibi pupillus non poterat liberare vnũ ex tutoribus in præiudicium aliorũ: ſed hîc teſtator poterat, ſecundum Bartol.

b] Dic quod illa concordat ſecũdũ. Bart.

b Nullæ fuerunt. & ſic fuit conditio impoſſibilis legatario impoſita: & ſic vitiatur, & nõ vitiat: vt inſtitu. de hered. inſtitu. §. impoſſibilis. & hîc ſubiicit: & infra de condit. & demonſtra. l. obtinuit.

c Conditio. hîc eſt Græcũ, quod ſignificat impoſſibilis. Sed videtur non haberi pro nõ adiecta: quia debet accepto ferri: vt ſupra. eo. l. huiuſmodi. §. ſi ita. quæ eſt contrà. Solu. quo ad ipſas tabulas reddendas dicitur impoſſibilis.

d Si aliquo. ſi, id eſt, quia, ſecũdum quoſdam. & facit. s̃. de ac. emp. l. fi. Sed contrà. j̃. de verb. oblig. l. liber homo. & dic vt ibi. Itẽ facit. s̃. eo. l. id quod. & l. ſeruus. Accurſius.

e Si Attio. aliàs Titio, aliàs Attio: vt hîc, & j̃. & dic, teſtator inſtituit quinque heredes: & Attio qui erat vnus ex his, legauit, id eſt prælegauit decem, quinta deducta: & petit octo à coheredibus. in ſua enim parte non tenet legatum: vt. s̃. eod. l. & quidem. & facit. j̃. de condi. & demon. l. qui heredi. §. fi.

f Deducta. ſcilicet de decem. ſibi enim ipſemet Titius & ſui coheredes decem dare damnati videntur. ſecus ſi in ſpecie conſiſtat legatum: quia nihil deduceretur: vt ſupra eo. l. plane. §. ſi duobus. cõtra. & infra titu. j. l. cum pater. in princip. & j̃. ad Trebel. l. deducta. §. nummis. & infra ad leg. Falci. in quarta. Alij dicunt deducta ſua parte, ſcilicet hereditatis.



**d. Vel ſic: Conditio tacita, vel expreſſa quæ tacitè inerat, trãſmiſſionem non impedit. Bartolus.**

Cum quidam heredem inſtituit, [l] quandoque * mater eius [m] deceſſiſſet, deinde ſecundus heres [n] ſcriptus fuiſſet, & ab eo legata ei, qui ſub conditione [o] heres inſtitutꝰ fuiſſet, relicta eſſent, iſque [p] viua matre deceſſiſſet [q] poſtquam dies legati ceſſerit: [r] quæſitum eſt, an heredi [ſ] eius legata deberentur. Verius eſt, legatum heredi deberi, ſiue purè à ſubſtituto [t] legatum datum eſt primo heredi, ſiue ſub hac cõditione, *Si heres non fuerit*: quia moriente eo conditio impletur. [u]

* quandoq; pro quãdocunq;. Ant. Aug. lib. 3. emen. ca. 7.

**Heres inſtituit fideicõmiſſum deducto eo quod ſibi debetur. Bartolus.**

Si ſocero à genero ſuo herede inſtituto pars hereditatis alij legata fuiſſet: deducta dote eũ debiturũ eſſe partem hereditatis legatam Sabinus reſpondit: quemadmodum ſi pecunia ex crediti cauſa ſocero debita fuiſſet, ea deducta [x] partem hereditatis daturus fuiſſet.

**Qui legat quod alius ſibi debet, videtur legare actiones. Bar.**

CV. IDEM *libro primo ex Minicio.*

LEgatum ita erat, *Quæ Lucius Titius mihi debet, ea heres meus Cornelio dare damnas eſto*. Nihil amplius ex hoc legato quàm actiones [y] ſuas heres præſtare debet.

**Oratio imperfecta perficitur ex præſumpta voluntate defuncti. Bartolus.**

CVI. ALFENVS *Varus libro ſecundo Digeſt. à Paulo Epitomatorum.*

SI † in teſtamẽto [z] ſcriptum eſſet, *Heres meus aureos centum Licinio damnas eſto*: neq; adſcripſiſſet *dare*: deberi legatum conſtat. †

g Iuſſu fuiſſet heres. ſcilicet Titius. & dic decẽ pure heredibus, ſcilicet omnibus. & ſic ſibiipſi & aliis: vt in fine huius. §.

h Dabit. ſcilicet coheredibus, & percipiet fundum.

i Heredi meo. imperſonaliter, non adiecto proprio nomine. vel dic perſonaliter, puta Titio decẽ det Sempronius, & Sempronio decẽ det Titius. & ſic admittitur compẽſatio ab vtraque parte. H. & facit ſupra familiæ erciſcun. l. heredes. §. fina. & l. ſequen. Sic ergo patet ex prædictis quòd aut relinquitur vni heredũ ab heredibus: aut econtra ab vno heredum heredibus, aut heredibus ab heredibus.

k Videtur. quare, vtpote illuſorium, nullũ eſt legatum.

l Heredem inſtituit. puta Titium.

m Eius. Titij.

n Secundus heres. id eſt ſecundo in teſtamento ſcriptus, & ſic purè: & impropriè. j̃. vocat inſtitutum. Vel dic quòd fuit ſubſtitutus ſub cõditione ſi primus heres non eſſet.

o Sub conditione. id eſt ſub die incerta, ſcilicet quãdo mater eius morietur: quæ pro conditione habetur: vt. j̃. de condi. & demon. l. dies.

p Iſque. ſcilicet Titius.

q Deceſſiſſet. ſic ergo inſtitutionis conditio deficit.

r Ceſſerit. quod eſt à morte teſtatoris.

ſ Heredi eius. ſcilicet Titij, qui primo fuit inſtitutus.

t A ſubſtituto. id eſt qui eſt ſecundò inſtitutus. vel dic propriè, vt. s̃.

u Conditio impletur. hæc ſcilicet, ſi heres nõ erit: vtpote cũ decedat antequam conditio extet ſub qua erat heres inſtitutus: id eſt antequã mater moriatur. Item tunc videtur diem legati viua matre nõ debere cedere, cum pendeat ex inſtitutione facta ſub cõditione, cum mater deceſſerit. Sed ob hoc non cedit tardius: vt infra quãdo di. leg. ce. l. heredis. & facit infra titu. j. l. ſi pecuniam. §. j. contra. ADDITIO. Dic quòd hîc nõ erat relictum legatum poſt mortem alicuius: ſed inſtitutio fuit collata poſt mortem: quod non videtur repetitum in legato, ſecũdum Bartolum.

† Repetitur ad verbum in l. 67. & l. 77. §. 22 j̃ lib. proxi. l 10. C. de fideicommiſ.

† Ampliabis hãc. l. inquãtum dicit ꝙ oratio imperfecta ex præſumpta mente teſtatoris perfici debet, per text. in. l. cũ pater. §. cum imperfecta. j̃. de lega. 2. vt procedat etiam ex cedentibus ſi commode fieri poteſt.

x Ea deducta. vt & arg. j̃. ad leg. Fal. l. pater filiam. & C. de iure deli. l. fi. §. in computatione. & j̃. de vſufre. le. l. fi.

LEgatum.] CASVS. Ita dixit teſtator: illud quod debet mihi Lucius. volo quòd heres meus det Cornelio. certè ad nihil aliud tenebitur heres Cornelio, niſi vt cedat ei actiones contra Lucium. Viuianus.

y Actiones. ſic. s̃. eo. l. ſi ſic. §. j.

SI in teſtamento.] CASVS. Hæc. l. dicit quòd licet quædam verba deficiant in legato, nihilo minus valet. Viuianus.

z Si in teſtamento. C. de teſta. l. errore. & de fideicommiſ. l. verbum. & ſupra de here. inſtitu. l. qui neque. & infra titu. j. l. cum pater.

## Legatarij poſſunt conuenire omnes heredes pro hereditaria portione, vel eum heredem qui factus eſt executor in ſolidũ. Bar.

CVII. AFFRICANVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

SI à pluribus heredibus legata ſint, eáque vnus ex his præcipere iubeatur, & præſtare: [a] in B poteſtate eorum quibus ſit legatum, debere eſſe ait, vtrúmne à ſingulis heredibus petere velint, an ab eo qui præcipere ſit iuſſus. Itaque eum qui præcipere iuſſus eſt, cauere debere coheredibus, indemnes eos præſtari. Si quis ſeruum [b] cui aliquid ſine libertate legauerit, cum morietur ipſe ſeruus, leget: minimè dubitandum, quin vtile legatum futurũ ſit, propterea ſcilicet quòd moriẽte ſeruo id quod ipſi legatum erit, ad eum cui ipſe legatus fuerit, peruenturum ſit.

## Seruus qui fugit poſt teſtamẽtum ante mortem, debet perſequi ſumptibus legatarij. Bart.

CVIII. IDEM *libro quinto Quæſtionum.*

SI ſeruus legatus viuo teſtatore fugiſſe [c] dicatur: & impenſa & periculo eius cui legatus ſit, reddi debet: quoniã rem legatã eo loco præſtare heres debeat, [d] in quo [e] à teſtatore ſit relicta.

## Duæ cauſæ lucratiuæ quæ habuerunt originem in perſonis diuerſorum, poſſunt in eadem re concurrere. Bartolus.

Si id quod ex teſtamento mihi debes, quilibet alius ſeruo meo donauerit, manebit adhuc mihi ex teſtamento actio: [f] & maximè ſi ignorem meam factã eſſe. B alioquin conſequens erit, vt etiã ſi tu ipſe ſeruo meo eam donaueris inuitò me, libereris: quod nullo modo recipiendum eſt, [g] quando ne ſolutione quidem inuitò me facta libereris.

## In legato generali legatarij eſt electio. Bartolus.

Cum homo [h] Titio legatus eſſet, quæſitum eſt, vtrum arbitriũ heredis eſt quem velit dandi, an potius legatarij. Reſpõdi, verius dici, electionem eius eſſe, cui po- C teſtas ſit qua actione vti velit, id eſt legatarij. [i]

## Poteſt legari vni ex duobus qui prius conditionem impleuerit. Bartolus.

Huiuſmodi legatũ, *Illi aut illi, Vter eorum prior Capitolium aſcẽderit*: vtile eſſe, [k] euidenti argumẽto probari ait, ꝙ conſtet vſumfructũ libertis legatũ, & qui eorũ ſuperuixerit, proprietatẽ, vtiliter legari. [l] Idq; & de herede inſtituendo dicendum exiſtimauit. [m]

D

§. cum imperfecta.

SI *à pluribus.*] CASVS. A pluribus mihi heredibus inſtitutis legata multa quibuſdam reliqui: & iuſſi vni ex heredibus vt legata acciperet, & legatariis præſtaret. certè habebunt legatarij electionem vtrum conueniant heredem iuſſum, an omnes heredes. & ſi iuſſus accipiat legata prædicta à coheredibus, debet eis cauere de præſtando eos indemnes. [SI QVIS SERVVM.] Seruum meum legaui Titio, & eidem ſeruo legaui decem ſinẽ libertate, cũ morietur ipſe ſeruus. bene valet legatum: & illud habebit ille Titius cum morietur ſeruus. Viuianus.

a *Et præſtare*. ſic ergo bis legauit.i.ſemel ab omnibus, & ſemel ab vno: nec per hoc multiplicauit: vt.s̃.eo.l.planè. §.ij.&.iij.& facit.s̃.fami. erci.l. ſi filia.§. Pomponius. &.§. idem Papinianus.&.j̃.titu.j.l. cum ab vno. &. C. de epiſcopis & cleri.l.nulli. &.s̃.eo.l. quidam.§. ſi ſcriptus.

b *ſi quis ſeruum.* ſcilicet leget, quod eſt.j̃. & dic ꝙ purè legauit ſeruum Titio, & eidem ſeruo decem cum morietur ipſe ſeruus. valet enim: vt & arg.j̃.de condit.& demonſtr.l.heres meus. ſecus econtra ſi ſeruum legat Titio cum morietur ſeruus, & ipſi ſeruo decem, quia ſic inuenitur legare ſuo ſeruo ſine libertate, quod nõ valet vt.C.eo.l. ſeruus. nec enim poteſt tunc cedere dies legati: vt.s̃.eo. tit.l. quęſitum.§. præſenti.& facit.j̃. de opti. lega.l. ſi optio. in prin. & infra .titu. j. le. ſi legatarius.

SI *ſeruus.*] CASVS. Legaui tibi Stichum, & ipſe Stichus me viuo iuit Mutinam. certe impenſam debes tu legatarius præſtare in eo recuperando. [SI ID QVOD.] Debebas mihi equum ex teſtamento. quidam alius donauit dictum equum ſeruo meo, & ita acquiſitus eſt mihi per obliquum ex cauſa lucratiua, ſcilicet donationis ſeruo meo factæ. certè nihilo minus petam eum à te ex teſtamento. nã & tu ipſe qui tenebaris mihi ex teſtamento ad equũ, ſi donaſſes eum ſeruo meo, non libereris ab actione ex teſtamento. nam & ſi ſolueris ſeruo meo illud quod debebas mihi ex teſtamento, inuito me: non liberaris. [CVM HOMO.] Legaui tibi hominem in genere. certè tu habes electionem, & non heres. nam ex pluribus actionibus tibi pro legato cõpetentibus tu habes electionem quam intentes. [HVIVSMODI.] Ita dixit teſtator: Titio aut Mæuio lego.x. quicunque eorum prius Capitolium aſcenderit. vel ita dixit: Inſtitui mihi heredem Titium aut Mæuium quicunque eorum prius Capitolium aſcenderit. certè valet legatum, & valet inſtitutio & hoc probat tali argumento: quidam legauit libertis ſuis vſumfructum fundi Corneliani, & legauit proprietatem eiuſdem fundi illi ex dictis libertis qui vixerit poſt alios. certè valet legatum.h.d.vſque ad.§. Stichum. Viuianus.

c *Fugiſſe.* poſtquam legauit, & ita heredem non cõmiſiſſe culpam certum eſt. ſecus ſi cum legabat erat in fuga: vt ſuprà eod.l. cum ſeruus.&.l.ſeq. quæ ſunt contra. & infrà tit.j. ſi quis ſeruum. &.s̃. eo.l. ſeruo legato.§. fina.

d *Debet.* vbi relictum eſt, quoniam &c. vt & no.s̃.eo.l.cum res.

e *In quo.* vt heredis quidem ſit inquiſitionis labor, legatarij vero periculum ſit & diſpendiũ.R.& facit.s̃.ad exhi.l. ſed ſi hereditas.

f *Ex teſtamento actio.* nam per ſeruum meum deterior mea cõditio fieri non poteſt. Item hoc niſi in rem meam ſit verſum, vel niſi habui ratum: vt inſtit.eo.§. ſi res aliena. &.s̃.eo.l. cum ſeruus.

A g *Recipiendum eſt.* vt &. C. de pac.l. ſeruus.

h *Cum homo*. in genere.

i *Legatarij.* legatarius eligit actionẽ: vt hîc, &.j̃.titu.j.l.cum filius §. variis. Item rem legatã. ſed hoc dicit R. ſi heres differat eligere. Sed tu dic ſecundũ Ioã. etiam à princi. vt not.s̃. famil. erciſcun.le. heredes.§. ſi incerto. vt tamẽ mediocrem eligat.s̃.eo. titu.l.legato. & arg.j̃.de aur. & argen.l. qui lancem. & facit ſuprà eo.l. qui duos. & inſtit.eo.§. ſi generaliter. Sed argu. contra ſuprà eo.l.quis à filio.§.ij.

k *Vtile eſſe.* vt inſtit. eo. §. ſub certa.&.j̃. de reb. dub.l. ſi fuerit.

l *Vtiliter legari*. vt.j̃. de re.dub.l. quotiens.

m *Exiſtimauit.* vt & ſuprà de heredi. inſtitu.l. quotiens.§. ſi quis ita. in prædictis autẽ erat cauſa dubitandi, obſcuritas: vt infrà de iniur.l. prætor. §. quod autem prætor.

*ſtichum.*] CASVS. Promiſiſti mihi Stichũ. poſtea Titius inſtituit te heredem, & eundem Stichum mihi à te legauit. nunquid valet legatum? & diſtinguitur, vtrum promiſiſti mihi ex cauſa non lucratiua, & valet legatum prędictum. an debes mihi dictum Stichũ ex duabus lucratiuis, puta quia dicta ſtipulatio fuit interpoſita ex cauſa lucratiua, & ex teſtamento mihi debes, quæ eſt cauſa lucratiua: & tunc nõ valet legatum, ſcilicet ſi iam ſum conſecutus dictum Stichum ex ſtipulatione ex cauſa lucratiua mihi à te facta: quia mihi legatario de Sticho mihi legato nihil abeſt: quia habeo eum ex ſtipulatione, vt dixi: nec poteſt mihi legatario præſtari eadem res bis. Item pone quòd Titius te inſtituit, & à te mihi legauit Stichum, & poſtea Sempronius inſtituit te heredem, & eundem Stichum à te mihi legauit, & rogauit me dictus Sempronius ſecundus teſtator per fideicommiſſum vt eundem Stichum reſtituam Gaio. certè teneris mihi ad dictum Stichum præſtandum ex teſtamento primi teſtatoris, quia non videor capere ex teſtamento ſecundi teſtatoris, cum aliis reſtituere debeam. & idem eſt ſi dictus Sempronius ſecundus teſtator à me cui legauit Stichum, legauit pecuniam Gaio tantam, quantam valet Stichus prædictus: quia bene potero agere contra te ad Stichum ex teſtamento primi teſtatoris. & idem eſt ſi primus teſtator qui E mihi à te herede Stichum legauit. rogauit me per fideicommiſſum vt Gaio reſtituam dictum Stichum, aut tantam pecuniam quantam valet Stichus. nam agere potero contra te ad Stichum ex teſtamento Sempronij ſecundi teſtatoris, qui mihi à te eundem Stichum legauit. non enim videor habere ex teſtamento primi, cum alij debeam reſtituere, vel tantum quantum valet.

Item quid ſi in teſtamento Titij primi teſtatoris tu heres eius abſcidiſti mihi Falcidiam de Sticho prædicto mihi à te herede legato? certè illud quod mihi abſcidiſti, conſequar à te ex teſtamento Sempronij ſecundi teſtatoris qui mihi à te ſuo herede dictum Stichum legauit. Item pone quòd Sempronius legauit mihi fundum Titij à te ſuo herede: Titius prædicti fundi dominus inſtituit me heredem, & hereditas ſua Titij non eſt ſoluendo creditoribus ſuis: vnde creditores abſtulerunt mihi dictum fundum, & omnia alia bona. certè tu prædictus heres Sempronij teneris mihi ad dictum fundum: quia non

non videor habere fundum ex teſtamento Titij qui me inſtituit, cum eum mihi auferre creditores poſſint ex eo quòd hereditas Titij non eſt ſoluendo. & idem eſt in iſto caſu ac ſi fundum mihi ab aliquo legatum emiſſem ab alio. nam poſſum ex teſtamento petere, cum habeam eum ex cauſa non lucratiua: vt in princ. §. dictum eſt. hoc dicit vſq; ad. §. ſi ita ſcriptum. Vi.

a *Ex duabus.* ſcilicet cauſis lucratiuis quia & ſtipulatio erat ex cauſa lucratiua, non ſolum legatum. & eſt ad hoc. ỹ. de verbo. obliga. l. inter ſtipulantem. §. ſi rem. & de actio. & obliga. l. ſi is qui. & ỹ. titu. ij. l. nutu. §. j. Sed arg. contra. ſ. eo. l. planè. j. §. ij.

b *Nec abſit quicquam.* mihi legatario. tunc enim eatenus valet: vt. ỹ. proxi. reſpon.

c *Item ſi domino.* Titius non ſoluendo ſuis creditoribus fecit me heredem. fundum eiuſdem Titij legauit mihi Sempronius. petam legatũ. nam nõ habeo ex cauſa lucratiua, ſicut ſi emiſſem: vt inſtit. eodẽ. §. ſi res aliena.

*Si ita ſcriptum.*] CASVS. Ita dixit teſtator, Titio lego ſex: & amplius quàm Titio legaui, lego Seio decẽ. certè quilibet habebit ſuum legatum integrum, & non plus. ſed ſi ita legauit teſtator: Lucio Titio lego ſex, & hoc amplius lego decem vxori eius & liberis. certè vxor & liberi Lucij Titij debẽt concurrere in legato de ſex cum ipſo Lucio Titio, propter illud pronomen, (hoc.) & ſic nõ obſtat contrarium. Sed pone q̃ Titio cui nihil legaueram, legaui hoc modo, hoc amplius Titio lego decem, certè benè valet legatum. nã & ita eſt in ſtipulatione. [SI SERVVS.] Seruo alieno directò libertatem reliqui: & poſtea eum alij legaui. certè valet legatum, & nõ libertas. [QVI QVINQVE.] Quinque libras in arca mea habebam. ita dixi in teſtamento, decem quæ in arca habeo, Titio lego. certè valet legatũ quantũ ad quinq;, quæ ibi ſunt, & nõ quantum ad alia quinq; quæ ibi nõ ſunt. quantum enim ad alia quinq; quæ deſunt, vtiliter certũ corpus legatũ quod in rerũ natura nõ ſit: quo caſu nõ valeret legatum. ſi autẽ tempore mortis meę teſtatoris erãt integra decẽ in arca, & aliquid de eis poſtea periit culpa heredis: ipſe heres legatario tenetur ad integra decem. & quod dixi in legato, idẽ eſt in ſtipulatione. [SI SERVVS.] Legaui tibi Stichũ. heres meus fuit in mora dãdi eum tibi. certè amodo eſt in periculo heredis. [CVM QVID.] Titius teſtator legauit tibi equum, & rogauit te q̃ eũ mihi dares ſi equus moriatur antequã exigã ab herede Titij, nũquid teneris mihi? & diſtinguitur, an accepiſti aliquid aliud in teſtamẽto Titij, & tũc teneris mihi ſi nõ exegiſti eum ſine dolo tuo & lata culpa ſiue leui. ſi autem nihil aliud habuiſti in teſtamento Titij, non teneris mihi niſi de dolo & lata culpa. & ita eſt etiam in contractibus bonæ fidei. hoc dicit. vſq; ad. §. qui margaritam. Viuianus.

*abſcedit vel decedit. al. abſcindi-tur.

*legatum erit.

Duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt concurrere circa idem, niſi ex altera aliquid abſit ex ipſa re, vel eius occaſione. Bartolus.

Stichum quem de te ſtipulatus eram, Titius à te herede mihi legauit. Si quidem non ex lucratiua cauſa ſtipulatio interceſſit, vtile legatum eſſe placebat. ſin è duabus,[a] tunc magis placet inutile eſſe legatum: quia nec abſit[b] quicquam, nec bis eadẽ res præſtari poſſit. Sed ſi cum mihi ex teſtamento Titij Stichum deberes, eundem à te herede Sempronius mihi legauerit, fideiq; meæ commiſerit vt eum alicui reſtituam, legatum vtile erit, quia nõ ſum habiturus. Idem iuris erit & ſi pecuniam à me legauerit. Multo magis ſi in priore teſtamento fideicommiſſum ſit. Item ſi in priore teſtamento Falcidiæ locus ſit: quod inde abſcidit* ratione Falcidiæ, ex ſequente teſtamento conſequar. Item ſi domino[c] heres extitero, qui non eſſet ſoluendo, cuius fundum tu mihi dare iuſſus eſſes: manebit tua obligatio, ſicut maneret ſi eum fundum emiſſem.

Dictio amplius, quando facit comparationem actus ad actum, non inducit repetitionem: ſed ſi rei ad rem, tunc repetitionem inducit ſi reperitur qđ repetatur. B.

Si ita ſcriptum erit, *Amplius quàm Titio legaui, heres meus Seio decem dato:* dubitandum non erit quin & Titio ſuum legatum maneat, & Seio nihil vltra[d] decem debeatur. Nam & vſitatum ferè eſt ſic legare, *Lucio Titio tot, & hoc amplius vxori & liberis eius tot.* Si ei cui nihil legatum eſt, cum hac adiectione, *hoc amplius,* aliquid legetur: minimè dubitandum eſt, quin id quod ita legauerit,* debeatur.[e] Multóque minus[f] dubitandum, ſi ab eo qui nihil mihi debet, ita ſtipulatus fuero, *Amplius quàm mihi debes, decẽ dare ſpõdes?* quin decem debeantur.

Vtile legatum per inutilem libertatis dationem non vitiatur. Bartolus.

Si ſeruus alienus liber eſſe iuſſus, & legatus ſit: peti eum ex legato poſſe ait.[g] Nam cum libertas nullius momenti[h] ſit: abſurdum eſſe per eam legatum infirmari,[i] quod alioquin valeret & ſi ſolum datum fuiſſet.

Defectus demenſtrationis per quam deficit ſubſtantia legati, legatum perimit. h. d. Vel ſic: Demonſtratio falſa adiecta rei quæ non reperitur, vitiat legatũ. Bart.

Qui quinque in arca habebat, ita legauit, vel ſtipulanti promiſit, *Decem quæ in arca habeo.* Et legatum & ſtipulatio valebit:[k] ita tamen, vt ſola quinque vel ex ſtipulatione, vel ex teſtamento debeantur. Vt verò quinque quæ deerunt, ex teſtamento peti poſſint, vix[l] ratio patietur. nã quodammodo certum corpus quod in rerum natura non ſit, legatum videtur. Quòd ſi mortis tempore plena ſumma fuerat, & poſtea aliquid ex ea deperierit:[m] ſine dubio ſoli heredi deperit.

Poſt moram heredis res legata eſt in periculo eius. Bartolus.

Si ſeruus legatus ſit, & moram heres fecerit: periculo eius & viuit & deterior fit: vt ſi debilem fortè tradat, nihilo minus teneatur.[n]

In legatis & fideicommiſſis dolus & culpa venit ad ſimilitudinẽ contractuum bonæ fidei. Barto.

Cum quid tibi legatum, fideíve tuæ commiſſum ſit vt mihi reſtituas: ſi quidem nihil præterea ex teſtamento capias, dolum malum dumtaxat in exigendo

d *Nihil vltra.* contrà infra titu. ij. l. ſi ſic. & l. ſi tibi purè. & infra de do. præ leg. l. qui ita legat. in quibus dicit admitti cum Titio in primo legato. Solu. verbum hoc tollit contra. nec ob. infra proxi. nam & vſitatum &c. quia ibi non dicit quòd nihil vltra ſuum legatum habeat. Item nec. ỹ. proxi. §. quia nec ibi dicit quòd nihil vltrà. vnde etiam in primo legato ibi admittitur. Sed alij, vt R. dicũt quòd hoc eſt verum regulariter & in dubio, niſi ex verbis vel dignitate vel charitate vel cõiectura ſimili aliter appareat: vt in. ll. contrariis, &. ỹ. titu. ij. l. pater. §. fin. Tertij dicunt, aut ex hac tacita repetitiõe preiudicatur alij legatario: & tũc obtinet quod hîc. aut ſoli heredi, vt in cõtrariis: & pro hoc facit illa. l. ſi tibi purè. ſed non placet: vt prædicta l. ſi ſic.

e *Debeatur.* participat enim cũ primo: vt no. ſ. proxi. §.

f *Multoque minus.* argu. quod valet in vltima voluntate, magis valet inter viuos. ſic. ſ. de pac. l. pactum. ſic econtra inſtitut. de lege Fu. Ca. tol. §. fina. & facit. ỹ. de verbo. ſignifi. l. verbum amplius.

g *Ait.* quia rẽ alienam poteſt quis legare:[a] vt inſtit. eo. §. non ſolum.

a] Facit ad hoc. ſ. e. l. ſi domus. §. de euictione. & glo in verbo ex ſtipu.

h *Momenti.* quia alien⁹: vt. C. de manumiſ. teſt. l. ſeruo. & not. vt ibi.

i *Infirmari.* ſic. ſ. eo. l. ſi fundũ ſub conditione. §. cum ſtatuliberum. & ỹ. titu. j. l. ſi quis ſeruum. Sed contra. ỹ. titu. j. l. ſi quis quos. Solu. ibi. Itẽ contra. ỹ. de fun. inſtru. l. iij. §. fina. Solu. hîc expreſſe fuit legatus: ibi tacitè. quod nõ placet: vt ſ. e. l. ſeruũ filij. §. ſi idẽ. Solu. ergo vt ibi. Itẽ no. nõ vitiatur vtile per inutile. ſic. ſ. de vſur. l. placuit. Sed arg. contra inſtitu. qui. mo. teſt. infir. ſ. j. in fin. & inſtitu. qui. mo. tol. obli. §. pręterea.

ADDITIO. Dic q̃ ibi nõ erat omnino inutile: vt ibi patet. & per Dy. in. c. vtile per inutile. de re. iur. li. vj. ſecundum Bar. hîc.

k *Valebit.* vt & ỹ. de do. præleg. l. j. §. pen. & ſ. e. l. ſi certos. & ỹ. de verbo. oblig. l. ſi ita.

l *Vix.* id eſt nullo modo. ſed cõtra. ſ. de act. emp. l. ſi quis eum. ſed ibi affirmauit tot dolia: vel ibi emptor, qui habet titulum onerosum: hic legatarius, qui habet titulum lucratiuum. Item contra. ſ. famil. erciſ. l. heredes. §. fina. Solu. ibi. ADDITIO. Dic q̃ ibi fuit relicta vt quantitas, hic vt ſpecies, ſecundum Barto.

m *Deperierit.* culpa heredis, non aliàs: vt infra ad leg. Falcid. l. in ratione. in princ. & ſ. eo. l. cum res. & ỹ. ad Trebel. l. mulier. §. ſi heres. & ỹ. proxi. §.

n *Teneatur.* vt ſupra eo. l. cum res. §. fin. & l. huiuſmodi. §. ædes. & ſupra proxi. §.

eo legato, alioquin [a] etiam culpã te mihi præſtare debere exiſtimauit: ſicut in contractibus fidei bonæ ſeruatur, vt ſi quidẽ vtriuſque cõtrahentis cõmodũ verſetur, etiã culpa: ſin vnius ſolius, dolus malus tãtũmodo præſtetur. [b]

Licèt verba legati referãtur ad debitorem: actio competit cõtra heredem cui in dubio videtur onus impoſitum. Bartolus.

Qui margaritam Titio pignori dederat, filium heredem inſtituit, & filiam exheredauit: deinde ita cauit, *Te Titi rogo, fideíque tuæ committo, vti margaritã quã tibi pignori dedi, vẽdas, & deducto omni debito tuo, quod ampliùs erit, id omne filiæ meæ reſtituas.* Ex ea ſcriptura filiam à fratre fideicõmiſſum petere poſſe, vt is actiones ſuas aduerſus debitorem [c] ei præſtaret. hoc enim caſu eum qui creditor fuiſſet, debitorem intelligendũ, eius ſcilicet quo pretium pignoris ſummam debiti excedat. Nõ autẽ mirandum, ſi cum alius rogatus ſit, alius fideicommiſſo obſtringatur. [d] Nam & cum in teſtamento ita ſcribatur, *Te Titi rogo, vt acceptis centum, illum ſeruũ manumittas, vel Sempronio quid præſtes:* parum quidẽ aptè ſcribi: verùm æquè intelligẽdum heredis fidei commiſſum, vt pecuniam Titio præſtet: ideóque & ipſum Titium cum herede acturum, & libertatem ſeruo, vel Sempronio quod rogatus ſit, præſtare cogendum.

Onus de mutuãdo alicui iniũctum valet. Bartolus.

Auidius [*] filij ſui fidei commiſit, vt certã pecuniam quatuor libertis ſuis mutuã daret: & vſuras leuiores taxauerat. Placuit hoc fideicõmiſſum vtile [e] totum eſſe.

[*] Aufidius.

a Alioquin. id eſt ſi aliquid habuiſti.

b Tantummodo præſtetur. vt. j. de regu. iur. l. contractus. & s. cõmo. l. ſi vt certo. §. videndum. & de præſcript. ver. l. ſi tibi rem. in princip. quid autẽ ſi non vult agere? Reſpon. non cogitur niſi cedere actiones: vt. j. titu. j. l. imperator. in princ.

Qui margaritam.] CASVS. Titio margaritam meam pignori obligaui pro centum. poſtea feci teſtamẽtum, & inſtitui mihi heredẽ filiũ meũ, & filiam meam exheredaui: & poſtmodũ ita dixi in teſtamento: creditor rogo vt vendas margaritam, & accipias quod debes recipere, & ſuperfluũ des filiæ meæ quam exheredaui. nunquid aget filia cõtra creditorem vt vendat margaritam, & ſuperfluum eius quod debet recipere, ei filiæ præſtet? & certè non: imò aget cõtra fratrem ſuum heredẽ patris, vt ipſe cedat filiæ actionem ex teſtamento quam habet idẽ filius contrà creditorẽ, vt prędicta faciat. & ita creditor eſt rogatus, & heres tenetur. & iſtud non ſolum in hoc caſu euenit, ſed etiam in hoc alio ſi teſtator ita dixit: rogo Titiũ vt acceptis cẽtum manumittat Stichum ſeruum ſuum: & non expreſſit à quo acciperet centum prædicta: & tamen heres tenetur dicta centum Titio pręſtare. Titius ergo qui rogatus eſt ſcilicet ſeruum ſuum manumittere, aget cum herede, ſcilicet ad cẽtum: & libertatem ſeruo pręḍicto pręſtare cogetur. & idem eſt ſi teſtator ita dixiſſet, rogo Titium vt acceptis centum ſeruũ ſuum Stichum Sẽpronio præſtet. nam & hîc, Titius ipſe qui rogatus eſt pręſtare Sempronio ſeruum, acturus eſt cũ herede ad centum, & Sempronio pręſtare cogẽdus dictum ſeruum. [AVIDIVS.] Quidã teſtator rogauit filium ſuum quem heredem inſtituit, vt quatuor libertis daret centum mutuo ſub certis vſuris. certè valet fideicommiſſum, & poterunt agere liberti prædicti cõtra filium. Viuianus.

c Debitorem. id eſt creditorem, qui & debitor eſt quo ad quid, vt ſubiicit. ſed & Titius poteſt conueniri ſi vtatur exceptione contra heredem: vt & s. eo. l. ſi pecunia.

d Obſtringatur. ſic. j. titu. ij. l. fideicõmiſſa. §. interdum. & s. eo. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. & j. tit. ij. l. iiij. & l. Paulo Callimacho. §. j. & l. cum quis decedens. §. pater. & de adi. le. l. alio. Sed argu. contrà. C. de fideicom. l. eam quam. ADDITIO. Dic quòd ibi hereditas non fuit adita per heredem, ſecundum Bartolum.

e Vtile. ſic. s. eo. l. & ſi æquo. & j. titu ij. l. xj. §. heres.

SI quando.] CASVS. Vxori meæ donaui plura, & in quibuſdam valebat donatio de iure, in quibuſdam non. poſtea feci teſtamentum, & ita dixi: ea quæ viuus vxori meæ donaui, ei lego. certè ad illas donationes quæ valuerunt, non pertinet legatum: quia non eſt neceſſe: ſed ad illas quæ non valuerunt. & idem eſt in hoc caſu quantum ad donationes quæ valuerunt, quod eſſet ſi expreſſiſſem hoc modo: ea quæ iure ei donaui, ei lego. quo caſu ſine dubio non valet legatum. [HERES CVIVS.] Ita dixit teſtator, lego Seio fundum: & ſi heres non dederit ei fundum, volo quòd det ei centum. poſtea heres vendidit dictum fundum Titio. petit Seius fundum ab herede. venit Titius cui heres eum vendidit, & offert Seio centum. certè inhiberi debet Seio fundi perſecutio aduerſus heredẽ. nam & ipſe heres ſi fundũ non alienaſſet, & ſi nollet præſtare fundum, non tenetur niſi ad centũ. habet ergo heres electionem vtrum det fundũ, vel cẽtum: vel alius pro eo. Viuianus.

Verba debent intelligi vt aliquid operentur. Bartolus.

CIX. IDEM *libro ſexto Quæſtionum.*

SI quando quis vxori ſuæ ea quæ viuus donauerat, vulgari [f] † modo leget: non de aliis donationibus videri eum ſentire ait, [g] quàm de his quæ iure valituræ non [h] ſunt: alioquin & fruſtra [i] legaturus ſit, atque ſi ita exprimat, *Quæ vxori iure donauero:* [k] vel ita, *Quæ vxori manumiſſionis* [l] *cauſa donauero, ea ei lego.* nam inutile legatum futurum [m] eſt.

† Id eſt ea formula quę eſt in l. 33. §. 1. lib. 3. j. & l. 13. de aur. & arg. leg.

Facultas ſoluẽdi aliud pro alio, tranſit ad ſingularem ſucceſſorẽ. Bartolus.

Heres cuius fidei commiſſum erat vt mihi fundum aut centum daret, fundum Titio vendidit. Cum electio ei relinquitur, [n] vtrum malit dandi, vt tamen alterum ſolidum præſtet, [o] prætoris officio couenire exiſtimo, vt ſi pecuniam Titius [p] offerat, inhibeat fundi perſecutionem. ita etenim eadem cauſa cõſtitueretur, quæ futura eſſet ſi alienatus fundus non fuiſſet: quãdo etiam aduerſus ipſum heredẽ officium prætoris ſiue arbitri tale eſſe deberet, vt ſi fundus non præſtaretur, [q] neque pluris neque minoris quàm centum æſtimaretur.

Qui ſoluit ſeruũ malũ, actione de dolo tenetur ad damnum, & actione perſonali tenetur ad rem legatam. Bartolus.

CX. IDEM *libro octauo Quæſtionum.*

SI heres generaliter ſeruum, quem ipſe voluerit, dare iuſſus, ſciens furem dederit, iſque furtum legatario fecerit: de dolo malo [r] agi poſſe ait. Sed quo-

f Vulgari. vt lego ea quæ ei donaui.

g Ait. Africanus de ſe loquens. ſic. s. de nego. geſt. l. ſi ex duobus.

h Non ſint. vt ſunt regulariter omnes inter viuos: licèt fallat in caſibus: vt. s. de dona. inter virum & vxorem. l. ſi ſpõſus. §. cõceſſa. vſque ad. §. fina.

i Fruſtra. ſic not. intelligi ſcripturã, vt aliquid operetur & addat. ſic. s. de vſur. l. ſi ſtipulatus. & j. ad munic. l. j. in fin. Sed arg. cõtrà. j. de verbor. obliga. l. ſtipulatio iſta. §. eum. & l. qui ſic. [a] Itẽ no. ſic voluntatem [b] intelligi vt non pereat. ſic. j. de re. du. l. quoties. & s. de libe. & poſthu. l. Gallus. §. j.

a] Solue vt per Bartol. hic.

b] Quot modis interpretetur & probetur volũtas teſtatoris vide plene per Bart. in l. 2. s. de vul. & pupil. ſubſtitu. Al. conſil. 81. 4. parte.

k Iure donauero. quod eſt in caſibus: vt modo not.

l Manumiſſionis. vt. C. de dona. inter virum & vxorem. l. maritus.

m Futurum eſt. cum nihil plus ſit in legato. ar. inſti. eo. §. econtrario.

n Relinquatur. etiã poſt alienationem. & hoc ex gnerali regula: vt. s. de iure do. l. plerũq;. in fi.

o Præſtet. nõ ergo partem vnius, & partẽ alterius: vt. s. e. l. ſi ex toto. §. fin. & j. titu. j. l. ſi quis duobus. & j. de ſol. l. qui hominem. in prin. & de verbo. obliga. l. fin. §. penul.

p Titius. poſſeſſor.

q Non præſtaretur. quod fieri poterat: vt ſupra ibi, cum electio &c. Et not. quod videtur hîc primo ferenda ſententia de fundo præſtando. ſed non eſt ita: quia non fertur ſententia, ſed quæritur & interrogatur an velit fundum præſtare. ſi dicat, nolo, damnatur in centum. Azo.

SI heres.] CASVS. Rogaui heredem meum vt daret Titio ſeruũ in genere ad ſuam heredis electionem. ipſe dedit Stichũ quem furẽ ſciebat, & ille Stichus fecit furtũ legatario. certè aget legatarius aduerſus heredẽ actione ex teſtamẽto propter dolũ heredis, quia ſciens furem, dedit furẽ: & per eam actionẽ cogat heredem vt aliũ hominẽ præſtet ſibi, & illum quem ſoluit, relinquat legatario pro noxa quam commiſit apud legatarium. Viuianus.

r De dolo malo. id eſt ex teſtamento nomine doli ad ſolidum damnum

num:vt arg.ſ.de pig.act.l.ſi ſeruus pig. Vel dic de dolo propriè.licèt enim actio ex teſtamento ſimilia aliqua haberet cum bo. fi. vt. C. in quib.cau.in integ.reſti. l. in minorum. eſt tamen ſtricti iuris, A cum non ſit numerata inter bo.fi.actiones : vt inſti. de act. §.actionum. ergo non ex eo contractu vel quaſi, ſed de dolo agitur dolo commiſſo : vt ſupra de dolo. l. & eleganter. §. non ſolùm.in fin.

a *Non peſſimum det*. vt infrà de verbo.obliga.l. quicquid.&.ſ.eod. l.legato. &. C. de don. l.ſi quis argentum.

b *Præſtet*.actione ex teſtamento conuentus.

c *Relinquat*. ſi voluerit legatarius qui inſolidũ agere poteſt, ſi velit : vt dictũ eſt. Sed tu dices, eadem ratione liberaretur ſi quamlibet aliã ſpeciem præſtet pro noxa legatario volẽti. Reſpon. verum eſt:ſed nõ ipſo iure, ſed per exceptionem . at cum illud prȩſtatur ad quod prȩſtandum quis tenetur, ipſo iure liberatur:vt.j. de verbo. oblig.l.fi.§.fi. in princ. Vel dic quòd hic corrigit quod.ſ. dixit dari de dolo inſolidum. & aliud in cõtractibus:vt.ſ.de pigno.actio.l.ſi ſeruus. cũ ſimilibus ibi not. Hic igitur liberatur dãdo pro noxa, ſi non vult præſtare litis æſtimationẽ. & facit.ſ.de ædil.edic.l.cum autem.§.Iulianus.

† Coniũge l.j.de iure patto.

niam illud verum eſt,heredem in hoc teneri, vt non peſſimũ [a] det: ad hoc tenetur,vt & alium hominem præſtet, [b] & hunc pro noxæ dedito relinquat [c]

Onus pro parte recuſatum facit legatarium perdere totũ. Bar.

CXI. MARCIANVS *libro ſecundo Inſtitutionum*.

ETiam † ſi partis bonorũ ſe excuſauerit tutor, puta Italicarum vel prouincialium rerum:totum [d], quod teſtamento datum eſt, ei auferetur. & ita diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. B

Si legatur res cuius nõ eſt commercium ſeparatum ab alia, debetur æſtimatio. Bartolus.

CXII. IDEM *libro ſexto Inſtitutionum*.

SI quis inquilinos [e] ſine prȩdiis quibus adhærẽt,legauerit,inutile [f] eſt legatũ. Sed an æſtimatio debeatur, ex voluntate [g] defuncti ſtatuendum eſſe diui Marcus & Commodus reſcripſerunt. C

Qui alienat rem legatam,tenetur legatario ad æſtimationem. Bartolus.

Cum ſeruum ſuum heres damnatus dare,eum manumiſerit,tenetur in eius æſtimationẽ : [h] nec intereſt,ſcierit,an ignorauerit legatum. Sed & ſi donauerit ſeruũ heres, & eum is cui donatus eſt, manumiſerit:tenetur heres, quãuis ignorauerit à ſe eum legatum eſſe. Si ita legatum [i] fuerit, *Titio cum Seio do lego:* vtríſque legatum eſt : ſicut vtrumque legatum eſt, cum fundus cum domo Formiana legatus eſt.

Legatum & iuramentum contrà bonos mores,non tenet.Bart.

Si quis ſcripſerit teſtamẽto fieri quod contrà ius eſt, vel bonos mores,nõ valet:veluti ſi quis ſcripſerit contra legem aliquid, vel contra edictum prætoris,vel etiã turpe [k] aliquid.

Diui Seuerus& Antoninus reſcripſerunt, iuſiurandum contrà vim legum & auctoritatem iuris [l] † in teſtamento ſcriptũ,nullius eſſe momenti.

Seruo alieno legari poteſt quoad ſeruiet. Bartolus.

CXIII. IDEM *libro ſeptimo Inſtitutionum*.

SEruo alieno ita legari poteſt, *Quoad ſeruiat*, [m] vel, *Si ſeruus fortè Titij* [n] *erit*:vt & Marcellus ait.

Alimenta poſſunt relinqui ſeruo proprio. Bartolus.

Si quis poſt tempus libertatem ſeruo ſuo dederit, [o] & interea rogauerit heredem,donec ad libertatem perueniat, cibaria ei [p] da-

ETiam.] CASVS. Ego habẽs patrimonium meum in Italia& prouincia, inſtitui filiũ meum heredem in omnibus, & ei dedi tutorẽ Titium,& ei Titio legaui centum.hic Titius excuſauit ſe à tutela filij mei pro parte bonorum, puta Italicorum. certè etiam totum amittere debet legatum.qui enim deliquit etiam in parte,reus eſt in totum. Viuianus.

d *Totum*. plus videtur egredi pœna quàm delictum,& ſic ſunt argu.contrà. vt infrà de iis qui .vt indig.l.reſcripto.&.ſ. de adminiſt. tut.l.ſi duo. & facit ad.l.ſ.de excu.tuto.l.tutor petitus. §.j. & de teſta.tute.l.qui tutelam.in princ.&. j. de iis qui. vt indig.l. poſt legatum.§.amittere.&.C.de leg.l.penult.in fi.

SI *quis inquilinos*.] CASVS. Colonos qui erant adſcripti fundo meo,legaui Titio ſine fundo.certè non valet legatum : quia nõ poſſunt alienari ſine fundo. ſed ſi tacitè vel expreſſè voluit teſtator æſtimationem colonorum dari legatario, benè dabitur. [CVM SERVVM.] Rogaui heredem meum vt daret Titio ſeruum ſuum proprium:& ipſe heres eum manumiſit. tenetur legatario ad æſtimationem, ſiue ſciuit à ſe legatum, ſiue non. & idem eſt ſi alij donauit,& donatarius eum manumiſit.[SI ITA LEGATVM.] Ita dixit teſtator,Titio cum Seio lego decem. certè vtrique legaſſe videtur, & vtrumque videtur legatum, cum teſtator ita dixit : talem rem cum tali lego Titio. [SI QVIS.]Teſtator iuſſit in teſtamento fieri aliquid quod erat contrà bonos mores, vel contrà leges, vel prætoris edictum. non valet iuſſio,adeò quòd ſi faciat iurare heredem de hoc adimplendo,non valet. Viuianus.

e *si quis inquilinos*. id eſt,adſcriptitios.

f *Inutile*. quia nec vendi poſſunt ſine ſolo : vt.C.de agri.& cenſi.l. quemadmodum.lib.xj.

g *Ex voluntate*. expreſſa,vel etiam tacita : quia erat coniuncta perſona:vel alio modo, vt.C.eo.l.cum alienam.&.ſ.eo.l.ſi ſeruus plurium.§.fina.vel quia ſciebat eos adhærere ſolo.argu.ſ.eo.l.ſi res. & j.tit.ij.l.non dubium.§.fi.Sed contrà.ſ.eod.l.apud Iulianum.§.fina. vbi nec ȩſtimatio debetur.Solu.ibi erat legatum inutile ratione rei cuius non erat commercium alicui . ſed certè & hîc non eſt commercium:vndè dic quòd & ibi debetur ȩſtimatio ſi appareat teſtatorem voluiſſe.& diſtingue hîc vt no.ſ.eo.l.ſed ſi res.

h *Æſtimationem*. vt inſtit.de lega.§.ſi res legata.& arg.j.tit.j.l. ſi heres.&.l.vnum.§.ſi rem.& de verb.obli.l.ſi ſeruum.§.j.Sed contra.j. de manu.l.ſeruum qui ſub conditione. vbi non tenet manumiſſio: ſed hîc tenet. Solu.ibi teſtatoris erat ſeruus: hîc heredis.ſic ſoluitur. j.qui & à quibus.l. heres.vel dic vt ibi.

i *Si ita legatum*. vt.j. dȩ vſufru.lega.l.illi.&.ſ.de vſufr.l.ſi quis Titio.

k *Turpe*. pone exẽpla vt.j.l.proxi.§.fin.&.l.filiusfamilias §.ȩdes.&.ſ. de cõd.inſti.l. quidam. &.C.de iis quȩ pœ.no. l.j.&. facit.j. de verbo. oblig.l.generaliter.&.j. proxi.§.

l *Iuris*. vt lego ædẽ deſtruendam,& volo heredem vel legatariũ iurare:vt.j.titu.j.l.cum filius.§.filius matrem.vel dixit:lego tibi decem ſi iuraueris non aſcendere Capitoliũ. quod hodie non valet : vt.ſ. de condi.inſtit. l. quæ ſub conditione.niſi in duobus caſibus:vt.j. de cõdi. & demonſt.l municipibus.&. j. de manumiſ. teſtamen. l. ſi quis li. Et ad hoc facit quòd iuramentum nõ firmat quod nõ valet:vt.C. de leg.& conſti.l. non dubium. &.ſ.de pac.l.iuriſgentium. §. & generaliter.& arg.ſ. qui ſatiſda. cogan.l.fin.& ſupra proxi.§.

† Concor.c. ſi diligenti. in gl.ſuper verbo,iuramẽtum.ibi, & quia.extra de foro compe.

Iuramẽtum non firmat quod de ſe non valet.

SEruo alieno.] CASVS. Sticho ſeruoTitij legaui alimẽta donec ſeruiet domino ſuo. valet legatũ. vel legaui decem ſeruo Sempronij, D cum idem ſeruus erit Titij : & hoc caſu valet legatum tũc cum erit Titij. [SI QVIS POST.] Poſt Paſcha venturum dedi libertatem ſeruo meo,& iuſſi heredi meo vt daret ei interim cibaria. certè valet legatum cibariorũ. [SI QVIS A PRIMO.] Inſtitui mihi heredem Primum nomine,& poſteà inſtitui Secundum:& primo legaui Titio centum,& ſecundo legaui ducenta eidem Titio. poſteà ita dixi,quæ legata reliqui,præſtari volo. certè videor repetiſſe trecenta.ſ.vt primus ſoluat centum Titio,ſicut fuit rogatus, & ſecundus ducẽta. ſecus autem eſt in iſto alio caſu:Inſtitui mihi heredem filium meum impuberem. ab eo legata reliqui , & eidem ſubſtitui Stichũ, & ab eo ſubſtituto ita repetij:illa legata quæ reliqui ab impubere præſtãda,volo & à ſubſtituto præſtari.poſtea impubes heres mihi extitit. & intrà pubertatẽ deceſſit:& ſic vindicabit ſibi locum ſubſtitutio. nõ valet dicta repetitio à ſubſtituto facta:quia nõ tenetur ſubſtitutus præſtare dicta legata niſi ſemel ex perſona impuberis,non ex ſua. voluiſſe enim videor ego teſtator vt non præ- E ſtentur legata niſi ſemel. Item quid ſi ab impubere legem Titio ſi ad pubertatem impubes peruenerit, & à ſubſtituto legatum repetij ſimpliciter,& ſubſtitutus habeat poſtea hereditatem ex ſubſtitutione ? certè debet ſubſtitutus legatum , nec in repetitione legati à ſubſtituto facta videtur repetita illa conditio ſi ad pubertatem impubes peruenerit:quia illa faceret inutile legatum.non enim impubere decedente intra pubertatem valuiſſet legatum etiam à ſubſtituto repetitum. [INEPTAS.] Iuſſi in teſtamento meo vt heres indueret me de ſcarleto cum eſſem mortuus,& cum eo me ſepeliret. non debet mihi obedire.vel iuſſi quòd expenderet mille marcas in facienda arca mea.non debet obedire. Viuianus.

m *Seruiat*. vt & argu.j.de an.lega.l.fin &.j.tit.j.l.debitor.§.fin.

n *Titij*. & valet tunc cum erit factus Titij.

o *Dederit*. id eſt,reliquerit.

p *Ei*. ſeruo.

re:teſtatoris voluntati obtemperãdum [a] eſſe diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

Ab illo qui ſubſtitutus eſt vulgariter, intelliguntur repetita relicta ab inſtitutis:à ſubſtituto pupillariter non debentur ex repetitione quæ à pupillo deberi cœperunt. Bartolus.

B Si quis à Primo [b] herede centum legauerit alicui, & eidem à Secundo ducenta,poſteáque generaliter repetierit legata: trecẽta videtur repetiſſe.Sed ſi pater [c] impuberi filio ſubſtituerit, [d] & à ſubſtituto legata [e] repetierit: ſi pupillus heres extiterit, & intrà pubertatem deceſſerit, repetitio non valet: quia voluntas defuncti hæc eſt,vt ſemel debeantur. [f]

Non cenſetur repetita cõditio quæ repetita vitiaret.Bartolus.

Si ab impubere legatum fuerit ſub conditione, [g] ſi ad pubertatẽ peruenerit,& à ſubſtituto repetitum [h] fuerit legatũ: debetur & à ſubſtituto:nec videtur repetita [i] cõditio,quæ inutile legatũ facit.

Ineptæ voluntates defunctorũ non ſunt ſeruandæ.Bartolus.

Ineptas voluntates defunctorum circa ſepulturã, † veluti veſtes,aut ſi qua alia ſuperuacua vt in funus impendantur:non valere, [k] Papinianus libro tertio Reſponſorum ſcribit.

Filius pubes à patre, libertus à patrono, quilibet à fiſco ſuccedente poteſt ab inteſtato fideicommiſſum relinquere.Bart.

CXIIII. IDEM *libro octauo Inſtitutionum.*

FIliusfamilias miles vel veteranus licet ſine teſtamẽto decedat,poteſt fideicommittere [l] à patre: quia etiam teſtamentũ facere poteſt. [m] Si libertus ab inteſtato deceſſerit, à patrono poteſt vſque [n] ad partem debitam fideicõmiſſum relinquere: quia ſi teſtamentũ faceret,licebit ei partẽ debitã ſolam relinquere.Qui inteſtato [o] decedit,& ſcit bona ſua ad fiſcum peruentura vacantia, C fidei fiſci committere poteſt.

In quantũ quis honoratur,in tantum grauatur.Bartolus.

Apud Marcellum libro duodecimo Digeſtorum talis quæſtio agitatur: Quidam ab eo cui fundum legauerat, fideicommiſerat, vt eum fundum poſt mortem ſuam [p] reſtitueret Sempronio.eiuſdem legatarij fidei com-

a *Obtemperandum eſſe.* officio iudicis,fauore alimentorum:vt &.j̃. de ali.& ci.leg.l.ſeruus.&.C.de neceſ.ſeruis.l.pe.§.illos.aliàs cõtra. C.eo.l.ſeruus.&.j̃.tit.ij.l.ſi legatarius.§.j.&.s̃.fami.erciſc.l.ex parte. §.ſeruo.quæ ſunt contra.

b *Si quis à primo.* Primus & Secundus propria nomina ſunt: vel ſi dicas notari ordinem, dic ambos inſtitutos,vnum prius, & alterum poſt:& nõ vnum alteri ſubſtitutum. tunc ducentis ab eo relictis, & centum quę ab inteſtato fuerunt relicta,vidẽtur ineſſe in ducẽtis: vt ſupra eod. l. ſi cui. &.l. quid ergo. ſecũdum R. cum enim rurſus à ſubſtituto idem eidẽ legatur, perinde eſt ac ſi eadem legata repetita eſſent:vt ſupra eo.l.ſi fundum ſub.§.ſi paterfam. j.reſpon.

c *Sed ſi pater.* ſuperiori caſu dixit vbi à duobus coheredib⁹. & facit infra tit.j.l. ſi pluribus ſeparatim legatũ ſit. hîc verò cum ab inſtituto & ſubſtituto.

d *Subſtituerit.* pupillariter.

e *Legata.* ſcilicet ab impubere relicta.

f *Debeantur.* cum igitur hîc ex primis debeatur tabulis, ex ſecũdis vltra deberi nequeũt legata, licet modo prędicto repetita.debebit ergo ſubſtitutus vel quilibet ali⁹ heres heredis. ſi autem nõ debeantur ex primis tabulis, vt quia pri⁹ decederet impubes quàm eſſet heres, valebunt ex ſecundis,ſiuè ex expreſſa, ſiuè etiam ex tacita repetitione. idem ſi conditionaliter à primis,ſed purè ex ſecundis tabulis eſſent relicta: vt.s̃.eo.l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi pater.&.§.fin.&.s̃.eo.l.licet &.j̃.proxi.§.

† Idem cõſtituiſſe Lycurgum refert Alexan. ab Alex. lib. 3.Gen.dier. ca.2.& lib.6. cap.14.vbi copioſe de cõceſſis aut vetitis apud varias gẽtes impẽſis diſſerit.

g *Sub conditione.* ſcilicet hac,ſi ad pubertatem &c.

h *Repetitum.* ſcilicet idem legatum. & facit ſupra proxi. reſpon.& quod ibi no.

i *Repetita.* ideò,quia vitiaret:vt hîc dixit.&.s̃.e.l. ſi quis à filio. niſi expreſſe repetatur:vt ibi dicitur. & facit ad repetitionẽ quod not. inſtitu.ad leg.Aquil.§.cæterum.&.j̃.de verbo.oblig.l. Titia.§.idem reſpondit.

k *Non valere.* vt.C.de iis qui.vt indig.l.non oportet. &.s̃. de condit.inſtit.l.quidam.&.s̃. l.proxi.§.penul. &.s̃.de peti.hered.l. hereditas. §.j.&.j̃.de aur.& argen.leg.l.fin.Sed contrà. C.de relig.l.militis.Sed ibi non præcepit illicitè.Item arg. cõtra.j̃.de condi.& demonſt.l.Mæuius.Sed ibi non præcepit.

F*Iliusfamilias.*] CASVS. Filius meus familias miles vel veteranus poteſt facere teſtamentum ſi vult:& ſi ab inteſtato decedat,bene poteſt fideicommiſſum à me qui debeo habere bona ſua,relinquere.Item ſi libertus meus ab inteſtato decedat, bene poteſt à me patrono fideicommiſſum relinquere,ita quòd non tangat de parte mihi in bonis eius debita.Item ſi aliquis alius ab inteſtato decedit,& ſic bona ſua ad fiſcum peruenire debent ex eo quòd nõ credit ſe habere aliquem ſucceſſorem,bene poteſt fideicommiſſum à fiſco relinquere. [APVD MARCELLVM.]Legaui fundũ Gaio, & fidei eius commiſi vt dictum fundum reſtitueret Sempronio poſt mortem ſuam Gaij. Item eiuſdem Gaij fideicómiſi vt Titio centum daret ex fructibus dicti fundi perceptis ante mortem ſuã Gaij.& ita videtur rogatus Gaius de præſtandis centum Titio in tempus mortis ſuæ Gaij.quæritur quantum debeat Gaius pręſtare Titio in dictis cẽtum? dicitur ꝙ ſi Gaius tamdiu viuat ꝙ ex fructibus dicti fundi percipiat integra centũ,vel plus, Titio centum dabit ipſe ſi viuit,vel heres eius ſi mortuus eſt. ſi autẽ vixerit ita parũ Gaius,ꝙ ex fructibus fundi nihil percepit, vel minus quàm centũ, tantum dabit Titio quantũ percepit,& nõ plus: quia nõ potuit in A plus onerari q̃ honoratus ſit.Sed quid ſi adiectoGaio cui fundum legaui,ita ſimpliciter Titio centũ legaui:Gaius det Titio cẽtum.nõ autẽ dixi, rogo Gaiũ legatariũ fundi vt det Titio centũ quæ viuus Gaius percipiet ex fructib⁹ dicti fundi? nũquid ſtatim dabit Gaius cẽtum Titio etiã antequam recipiat aliquem fructũ ex fundo? & dixit Marcell⁹ ꝙ ſic, ſcilicet cauebit Titius Gaio quòd ſi minus percepit Gaius ex fructibus fundi in vita ſua, quàm cẽtũ, illud quod plus eſt in cẽtum quæ ſoluit ei Gaius, reddet ei Titius. & dixit dictus Marcell⁹ ꝙ ita demum cõmittetur hæc cautio contra Titiũ, ſi Gaius ante deceſſerit, q̃ ex fructibus dicti fundi centũ perciperet.ſed hîc Marcellus male dixit. nam nõ debet Gaius antè dare cẽtum Titio etiam in iſto caſu,q̃ ea ex fundo percipiat.abſurdũ eſt enim de ſuo eum cẽtum tantùm præſtare, maximè ſi fundus &c. ſed ſi dictus Gaius velit dare Titio fundũ prædictũ, & dicere ei, teneas tantum donec habueris cẽtũ,& caueas mihi ꝙ eũ fundum mihi reſtitues cum centum ex eo perceperis, audiendus eſt: non autem cogẽdus: vt dictum eſt.[SI QVID ALICVI.]Cuidã contracto legato militiam curſoris,vel cuidã ſeruo militiã legaui: & ita nõ poſſunt capere legatũ: & bene ſciebam legatarium eſſe cõtractum,vel ſeruum.certè accipient æſtimationẽ legati, quamuis legatum accipere non poſſint. [VT QVIS.] Inſtitui te heredem,& rogaui ꝙ Titium heredẽ in- D ſtitueres.nõ valet fideicom.directo:trahitur tamen ad fideicõmiſſum,ſcilicet vt tu meus heres tenearis reſtituere hereditatẽ meam Titio. Quid ſi rogaui heredẽ meum vt Titio reſtitueret quartam partem hereditatis ſuæ propriæ heredi? certè bene tenetur eam ei reſtituere,ſi tamen illa quarta hereditatis heredis nõ ſit plus quàm hereditas quam ei dedi: quia nõ debet in plus onerari q̃ ſit honoratus.[SECVNDVM VVLGAREM.]Legaui tibi centum,& rogaui te vt emãcipares filium.tu agnouiſti legatum:& non vis emãcipare filium.nunquid cogeris actione ex teſtamento quæ dicitur vulgaris formula? & certè non, poteſtas enim &c. [ÆDES.] Ego legaui Titio ædes Seianas vt eas deſtrueret.nihil valet adiectio: & non tenetur obtemperare. [SI FIDEICOMMISSVM.] Seruo Titio legaui fundum ſine mentione libertatis: & poſt ille ſeruus ad libertatem peruenit.habebit legatum. hoc dicit vſque ad. §. diuus. Viuianus.

E l *Fideicommittere.* in codicillis:vt infra ad legem Falcid.l. filius. qui ſunt quaſi teſtamentum,cum teſtamentum non ſit:vt ſupra titu.j. l.ſi quis cum.& ſic non ob.infra de caſtren.pecu. l.ij. nam qui poteſt teſtari,de iure & codicillari poteſt:vt ſupra titu.j.l.diuus. §.penult.& hîc ſubiicit.

m *Poteſt.* aliter tamen miles:quia iure ſingulari. aliter veteranus, quia iure communi:vt inſtitu.de teſta.milita.§.j. & facit infra proxi.§.&.j̃.tit.ij.l.j.§.fi.

n *Vſque.*[a] excluſiue. nam in ea non poteſt onerari: vt inſtitu. de ſucceſſ.lib.§.noſtra. ſed nonne eo decedente inteſtato, vt hîc fuit, tota eſt debita?certè ſic,vt dicto.§.noſtra.ſed R. hîc dicit debitam, ſcilicet aliàs vbi decederet teſtatus, & patronum vellet excludere, quæ erat olim dimidia,hodie tertia:vt inſtit.de ſucceſſ.lib.§.j. &.§. noſtra.& facit.j̃.&.s̃.§.proxi.

a] Vſque, in lationibus ſemper includit. Bald. in.c. 1.§. decedente. vlt. col.verſi.extra noto.qui feu. da. poſ. in vſi.feu. & de dictione vſque,vide ad lõgũ per eundem in authen. hoc amplius. vlt. col. verſ.no. de dictione vſque.C. de fideicõmiſſ.

o *Qui inteſtato.* ſupra proximis duobus reſponſis.

p *Suam.* ſcilicet legatarij.

Daret.

miſerat, vt Titio daret centum [a]. queritur, quid iuris ſit. Et ait Marcellus, ſi Titio teſtator centum ex fructibus quos viuus legatarius perceperit, reliquerit, & legatarius poſt tantum temporis deceſſiſſet, vt ex fructibus centum fierent: Titium centum accepturum: ſi poſt acceptum legatum cōfeſtim deceſſiſſet legatarius, Titij fideicōmiſſum extingui: quia placet non plus [b] poſſe rogari quem reſtituere, quàm quantum ei relictum eſt. Sed ſi Titij fideicommiſſum non eſt in tempus mortis legatarij collatū, ait Marcellus [c] confeſtim fideicōmiſſum Titio dandū: ſed cautione exacta, quanto amplius [d] ceperit, reddi. quàm cautionē ita cōmitti, ſi prius legatarius deceſſerit, quàm ex fructibus centum perciperet. Sed vix [e] eſt vt legatarium ex reditibus voluerit antè dare, quàm fructus legatarius percepiſſet. [f] Certè erit legatarius audiendus, [g] ſi velit totum fundum præſtare, ſi de reſtituendo cauetur. Abſurdum [h] enim eſt de ſuo eū præſtare centū, maximè ſi fundus centū, vel nō multo pluris eſt. quo iure vtimur. [i]

**Legatum rei cuius eſt cōmercium in communi, licet non ſit legatarij, valet: & æſtimatio debetur. Bartolus.**

Si quid [k] alicui licitè fuerit relictū, vel ius aliud, quod ipſe quidem propter corporis ſui vitiū, [l] vel propter qualitatem relicti, vel aliam quamcūq; probabilem cauſam [m] habere non potuit, [n] alius tamen hoc habere potuit; quanti ſolet comparari, tantam æſtimationem accipiet.

**Verba directa trahuntur ad fideicōmiſſum ſi iure directo non poſſunt valere. Bartolus.**

Vt quis heredem inſtituat aliquem, rogari non poteſt. Planè ſenatus cenſuit perindè habendum, atque ſi rogaſſet hereditatem [o] reſtitui. Quid ergo ſi heres poſt mortem ſuam rogatus fuerit hereditatis ſuæ [p] partem quartam reſtituere? Verius eſſe exiſti-

B mo (quod & Scæuola notat, & Papirius Fronto ſcribit) valere fideicommiſſum, atque ſi de hereditate ſua [q] reſtituenda rogatus eſſet. & eatenus reſtituenda eſt, quatenus hereditas teſtatoris patitur ſecundum vulgarem [r] formam iuris. †

**Non poteſt quis grauari vt filium ſuum emancipet. Barto.**

Sed ſi liberos ſuos emancipare rogatus fuerit: non cogitur hoc facere. Poteſtas enim patria in-

C æſtimabilis eſt.

**Non poſſunt legari ædes deſtruendæ. Bartolus.**

Aedes [ſ] deſtruendæ neq; legari neq; per fideicōmiſſum relinqui poſſunt. & ita ſenatus cenſuit.

**Legatum ſeruo, acquiritur ei ſi liber reperitur tempore quo dies cedit. Bartolus.**

Si fideicommiſſum relictum fuerit ſeruo alieno ſine libertate, & ad libertatem peruenerit: [t] dicendum eſt poſſe [u] eum admitti

D ad capiendum.

**Fideicōmiſſum vniuerſale conditionale non poteſt ante conditionem reſtitui fideicōmiſſario in poteſtate conſtituto, etiam ſi ſint plures fideicōmiſſarij. Item ante diem quis nō cogitur reſtituere, ſed cauere: aliàs patitur miſſionem: & miſſio patris vel domini poteſt prodeſſe ſeruo vel filio. h.d. multum nota. & magiſtraliter. Bartolus.**

a *Daret centum.* repete, tunc, ſcilicet poſt mortem legatarij.

b *Non plus.* facit infrà titu. j. l. imperator. §. j. & l. cum pater. §. Ti-

A tio. & de ann. lega. l. Titia. & de dot. præleg. l. iij. §. fina. & inſtitu. de ſingu. re. per fideicommiſſ. re. §. j. & C. communia de lega. l. j. & infrà titu. ij. l. ſi legatarius.

c *Ait Marcellus.* & malè. Accurſius.

d *Quanto amplius.* ſcilicet quàm legatarius ex fundi fructibus percepit antequam obeat. Raynerius.

e *Sed vix eſt.* auctor. l. corrigit Marcellum.

f *Percepiſſet.* & ideo nō eſt verum quod dixit Marcellus, ſcilicet fideicommiſſ. confeſtim Titio dandum.

g *Audiendus.* ſed non cogendus: vt ſic. ſ. dicatur corrigi. R. & ſecundum hoc dic totum, ſcilicet legatum. & hîc nō habeas fundum. ſi autē habeas totum fundum, alius caſus eſt quàm ſupra. Accurſius.

h *Abſurdum.* adiungitur proxi. ſecundum R. ſi habeas fundum, redit ad aliud reſpon. ſuprà.

i *Quo iure vtimur.* vt audiatur legatarius volens cautione exacta de ſuo totum præſtare: nō etiā vt cōpellatur inuitus. R. vel ſic habeas fundū, dic vt volens fundū pręſtare, audiatur, nō cogatur.

k *Si quid.* ſcilicet corporale. & dic licitè, quia teſtator legare, & heres dare, & ipſa res legari poteſt: ſed in legatario erat defectus. Accurſ.

l *Vitium.* vt muto militia, ſeu feudum cauſidici: vel ei qui ire non poteſt, militia curſoris. & quod ſubiicit de qualitate relicti, dic idem exemplum: vel dic exemplum vt infrà de ann. lega. l. legatum. §. vini. Itē quod ſubiicit, aliā cauſam, vt ſeruo militia liberi: & ſemper dic teſtatorem ſciuiſſe: aliàs non deberetur æſtimatio: vt infrà titu. ij. l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. cætera dic vt not. ſuprà eod. l. ſed ſi res. Accurſius.

m *Probabilem cauſam.* quæ cauſa ad legatarij difficultatem potius quàm impoſſibilitatem pertineat. R.

n *Non potuit.* facilè. non tamen legatario eius rei quæ legatur, ſit interdictum commercium: ſcilicet in ſui delictum. Azo. vt quia hæreticus vel Iudæus: & legatur mancipium Chriſtianum [a], quia tunc nec æſtimatio: vt. j. titu. j. l. mortuo. §. Labeo. & infrà de ver. ſigni. l. multum. ADDITIO. Intellige hanc glo. quòd non erat prohibitus propter delictum: ſed alia ratione, ſecundum. Bar.

a] Quid ſi legatū eſſet mancipium Iudæū Chriſtiano? videtur quòd valeat legatū: quia Iudæi ſunt ſubditi Chriſtianis. not. in cap. Iudæi. & ibi Sicul. de teſti. nō tamē ſunt vendibiles vt ſerui. vide Alexā. conſi. 71. 2. parte

o *Hereditatem.* rogantis: vt infrà ad Trebel. l. ex facto. in princ. & facit. j. tit. j. l. j. in princ. & l. pater. §. penul.

p *Suæ.* ſcilicet rogati. Azo.

q *Sua.* ſcilicet rogantis. & facit. j. tit. j. l. cum pater. §. Titio.

r *Secundum vulgarem.* id eſt ſecundum ſtricti iuris regulam: ſecus de æquitate vel iure actionis: ſed cogetur officio iudicis: vt infrà de condi. & demon. l. ſi cui. quæ eſt contra. & eodē modo reſpondeo ſuprà de cura. fu. l. j. quæ eſt contra. & facit infrà tit. ij. l. vxorem. §. heres. & ſuprà de condi. inſti. l. ſi quis teſtamento. & infrà de reg. iur. l. non eſt. §. j.

ſ *Ædes.* Pone lego tibi centum vt ædes tuas deſtruas, quæ fortè mihi obſunt, ſecundum quoſdam. imò ſic, lego tibi ædes, vt eas deſtruas, & alias fortè ædifices. & facit infrà de dam. infect. l. fina. & l. ad curatores. & C. de ædi. pri. l. ij. & ſuprà eo. l. cætera. §. j. & de cōtrahē. emptio. l. ſenatus.

t *Peruenerit.* antequam dies legati cedat: vt infrà quando dies leg. ce. l. v. §. fina.

u *Poſſe.* niſi dominus quondā repudiet: vt infrà de op. leg. l. ſi pater filio. & facit. j. proxi. §.

*Diui.* ] CASVS. Titi⁹ habebat fratrē Seiū: & Seius habebat filios tres in poteſtate ſua pone. ego feci teſtamentū, & inſtitui mihi heredē dictū Titium, & rogaui eū quòd reſtitueret hereditatē meam filiis fratris ſui Seij prædicti, qui Sei⁹ viuebat, ſub cōditione ſi nauis ex Aſia veniret: & nolui quòd aliquod commodū dictæ hereditatis perueniret ad Seium patrem fidei cōmiſſariorum, & fratrem heredis Titij. veniunt filij Seij, & petūt à Titio herede & eorū patruo vt eis reſtituat hereditatem prædictā etiam antè cōditionem prædictam: & Titius cōſentit. certè non poteſt hoc facere cum illi ſunt in poteſtate patris: quia acquireretur iam commodum patri, quod teſtator noluit. ſed nonne etiam adueniente conditione tenebitur eis reſtituere, & acquiretur cōmodum patri eorū? ergo illam cōditionem expectare non debem⁹: imò ex quo conſentit heres, & fidei commiſſarij ſimiliter, etiam ante cōditionem debet poſſe eis reſtitui. ſed iſta oppoſitio nō obſtat: quia poteſt eſſe quòd adueniente dicta conditione, & ita fideicommiſſi die cedente, ipſi fideicommiſſarij non erunt

E in poteſtate patris, & ita non acquiretur commodū patri, ſed fiat eis omnibus viuentibus tunc reſtitutio, vel eis qui ſuperſunt. ſecus autem eſſet vbi non eſſet fideicōmiſſum relictum ſub conditione, ſed ex die, vt in tali caſu: Quædam mulier virum habens & filios, inſtituit ſibi heredem quendam extraneum, & rogauit eum quòd reſtitueret hereditatem huius mulieris filiis ſuis prædictis, qui erāt in poteſtate patris, poſt Paſcha venturum: & nolebat quòd inde haberet maritus ſuus prædictus aliquod commodum. certè ſi heres vult eis reſtituere antè diem, benè poteſt. non enim eſt damnum filiorum ſi acceleretur reſtitutio: quia quantumcunque differatur reſtitutio, ſemper patri acquiritur qui eos habuit in poteſtate, cedente die fideicommiſſi, id eſt tempore mortis matris teſtatricis etiam ante diei aduentum. ſi autem nolit heres matris reſtituere ante diem, non tenentur: ſed tenetur cautionem præſtare quòd adueniente die reſtituet. ſi autem cautionem præſtare non poſſit, dicti filij teſtatricis mittentur in poſſeſionem dictæ here-

† Sic diſpungendū not. Ant. Aug. lib. 1. c. 9. vbi & vulgarē formā explicat & Accurſij interpretationem refellit.

UNED

ditatis matris fideicommiſſi ſeruandi cauſa : & tenebunt iure pignoris cum patre eorum prædicto, non tamen poterunt vendere, ſed fructus percipient & cõſeruabunt. & quod dixi in filio cui iuſſa eſt reſtitui hereditas per fideicommiſſum, idem eſt in ſeruo. hoc dicit vſque ad. §. cum quis. Viuianus.

Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, eum qui rogatus eſt ſub cõditione [a] fratris ſui filiis reſtituere, ante diem fideicõmiſſi cedentẽ [b] ne quidem ex volũtate eorũ poſſe reſtituere his in poteſtate patris agentibus: [c] cũ poſſit die fideicõmiſſi cedente ſui iuris cõſtitutis ipſis debere reſtitui: vel ſi aliquis ex his antè deceſſerit, [d] non omnibus. Iidem principes [e] reſcripſerunt, filiis antè diem fideicõmiſſi veniẽtem reſtitui hereditatem maternã neceſſe non eſſe, [f] ſed pręſtare heredem poſſe vulgarem cautionem : [g] aut ſi præſtare eam non poterit, [h] mitti liberos in poſſeſſionem [i] fideicommiſſi ſeruandi cauſa : vt pro pignore, nõ vt pro dominis poſſideant : vel alienandi ius, ſed vt pignus habeant : vt filius per patrem fructus [k] conſequatur, & ſeruus per dominum.

colligitur in fi.l.ibi, niſi fortè, &c. Quartum dictum Marcelli eſt ibi. Planè, &c. & dicit quod ſi omnes decedant liberti retento primo A caſu huius.l. & vnus ſolus libertus ſuperſit: ille ſolus ad petendum fideicommiſſum admittitur, cum heres iam fuerat in mora eligendi ante mortem dictorum libertorum. vel eius liberti heres ſi moriatur ipſe antequam petat: alij autem primo mortui ad ſuos heredes non tranſmittunt. & in hoc quarto caſu reprehenditur duabus rationibus. Prima eſt illa, ſi oẽs liberti petere potuerũt: quare ſuperſtes tantum poteſt trãſmittere, & non cæteri? q.d. nulla ratione. & ſic omnes trãſmittere poſſunt. Secũda reprehenſio ſumitur ex ipſius Marcelli dicto vbi dicit; ſi heres nulli reſtituit, & nõ eligit incontinẽti quos libertos vult, continuò omnes habent petitionem. malè ergo dixit quod vnus tantũ tranſmittat ad heredẽ ſuũ. Vltimo occaſiõe reprehenſionis tertij dicti Marcelli, quæ eſt in fi. legis, adiicitur ſimilis caſus in.l.ſeq. & dicit: ſi herede differente eligere, ſicque liberti petitionẽ habẽt, aliqui ex libertis ſint abſentes, & pręſentes petãt fideicommiſſum, vocari debent abſentes ꝑ iudicẽ vt ſciatur an velint petere: & debet eis certum tempus dari, intra quod veniant: & ſi non veniant intra illud tempus, non audientur poſtea. h. d. cum.l.ſeq. Viuianus.

a *Et indignũ*. nec enim, &c. vt.j. de reb.du.l.vtrum.§.cum ita.

b *Ait*. Marcellus. Accurſius.

c *Qui non offenderint*. ſ. ſi eligat indignos: quia vt bono viro eſt ei commiſſum: vt.j.tit.j.l.fideicommiſſa.§.quamquam. ſecus autem ſi dignos: quia alij repellũtur. vbi autem nullum eligit, habet locum quod ſequitur. Azo. Quid ſi aliqui ſunt plus digni? Reſpon. non eſt vis: vt infra eod.l.cum pater.§.rogo. Item no. quod quilibet præſumitur bonus, &c. ſic.j. de manu.teſta.l.ſeruos. Accurſius.

d *Idem ait*. ſcilicet Marcellus, & malè. nam reprehenditur à Scæuola.

e *Neminem eligat*. ſ. eo tempore quo debuerit, ſcilicet cum potuit; & ita cœpit eſſe in mora: vt in fi. Azo.

f *Admitti videri*. quod dic vt.j.eo.l.cum filius.§.pater.

g *Cum ſic*. qu.d. hæc ſunt vera cum ſic, &c. nam ſi dixit, quos dignos, &c. tantum digni admitterentur. hîc verò omnes. vel ſub. etiã E cum ſic, &c. quaſi dicat, multo magis idem erit vbi ita dixit, quos dignos pu. &c. quia minorem habet poteſtatem, cum tanquam vir bonus ſit electus.

h *Offerat*. ſcilicet heres, & ſic ſit in mora. Accurſius.

i *Heredi eius*. ſ. ſuperſtitis. q.d. non cæterorum primo defunctorũ heredibus. & ſub. dicit Marcellus.

k *Deceſſit*. ſcilicet ſuperſtes.

l *Notat*. ſ. quod Marcellus dixit: & ſuperſtiti, & eius heredi tantùm, non autem cæterorum heredibus. Accurſius.

m *Potuerunt*. hîc additur, & alij noluerunt. i. non agnouerunt legatum antequam decederent: non tamen ſpreuerunt. Accurſius.

n *Offertur*. ſcilicet ab herede. Accurſius.

o *Ad heredem tranſmiſerunt*. ſcilicet poteſtatem hanc petendi ſubaudi, & certè tranſmittunt.

p *Vtique ſi vno*. ſcilicet de ſuperſtitibus, vel de heredibus præmortuorum. Et no. primo committi moram, & ſic omnes poſſe petere; A & ſuperſtites, & heredes mortuorum: ſed adhuc poteſt offerre heres & eligere quaſi purget moram: vt probatur hîc, ibi, ſed omnes petere; &c. & ibi, cum nulli offertur. cæterum ſi vnus de prædictis in iure petat: aufert heredi electionẽ. & hoc dicit, vtique, &c. quaſi dicat; tranſmittitur ad heredes, ita quod heres non purget moram: vtique, &c. Sed an petẽs aufert ius aliis legatariis? Reſpond. quod ſic; quaſi ſint plures rei crẽdendi, argu.j. de duo. reis.l. ex duobus. &.s. de cõſtitu.pecu.l. idem eſt. niſi per in integ. reſtit. iuuetur: vt.j.l.proxi. vel dicas quod non; ſed ſolummodò heredi aufertur electio.

ff. Infot.

q *Videtur enim*. meritò Marcell. notatur: quia hoc etiam ex verbis ei⁹ apparet: videtur enim, &c.

r *Interuallo*. ſ. maximo. modicũ autẽ eſt quod magis intellectu quàm elocutione poteſt exprimi: vt infra de ſolu.l.ratum. &.j. ad le.Fal.l.j.§. item ſi ita. hoc autẽ contingit cũ eſt in mora eligendi, vel eligit indignum.

ſ *Petitionem*. multò magis cum relinquitur his quos dignos eſſe putaueris, cũ minus ſit in cõditionali relicto. Accur.

t *Notatus eſt*. ſ. Marcellus in eo quod dixit.s.§. planè. & ſtatim repetit.

u *Iuſtum*. quod eſt modicũ tempus poſt quod cedit dies legati: & vſq; tunc videtur conditionale: & ideo pendente conditione legatarius ad heredem non tranſmittit: vt.C. de cad.toll.§. ſina uem.

x SI *tamen. Præſenti*. cum iam fuerit heres in mora eligendi: & ſiẽ præſenti die videtur relictum. Accurſius.

y *Cauſa cognita*. ſ. ſit talis quæ indulgeat reſtitutionem in integrũ vel non, ſecundum. R. quod eſt falſum apertè: quia licèt iuſta cauſa ſint abſentes, non tamen petũt legatum per reſtitutionem, ſed ſuo iure. Azo. ſed eſt intelligendum quod explorabit iudex, & ſtatuet tẽpus intra quod veniant & petant ſi voluerint: & ſi non venerint, non admittentur poſt: vt.j. de bo.aucto.iudi.poſſi.l.iiij. Accurſius.

IS *cuius*.] CASVS. Cum nudã proprietatẽ in ſeruo Sticho haberem, & tu vſumfructũ, te fructuariũ heredẽ inſtitui, & dictũ ſeruum alij ſub conditione legaui. & ſic pendẽte cõditione exiſtente domino ſerui apud te heredẽ, extinctus eſt vſusfructus tuus. poſtea E adueniente conditione legati, legatarius petit à te ſeruum prędictũ & plenam eius proprietatem: tu heres vis eum exceptione repellere, ex eo quod ipſe legatarius non permittit ſibi reſtituere vſumfructum in dicto ſeruo. Certè non poteſt eum repellere. Viuianus.

z *ſeruum legauit*. purè, vel ſub conditione: vt.j.eod.l.cũ filius.§.dominus. diuerſum tamen in ſeruitutibus prædialibus: vt.s. de ſerui.l. Papinianus. &.s.ti.j.l.ſi ſeruus Titij. & eſt ratio, quia hîc duas res videtur legaſſe. quod non poteſt dici in ſeruitute prædiali: vt.d.§.dominus.H. & facit.j. de verbo.obli.l.qui vſumfructum. Accurſius.

SI *illud*.] CASVS. Si lego tibi Stichum aut Pamphilum, vnum eſt legatum. Et idem eſt ſi lego tibi Stichũ ſi nauis ex Aſia venerit: & ſi non venerit, lego tibi Pamphilum. & idem eſt ſi ſub contrariis conditionibus lego diuerſas res à diuerſis perſonis heredum, & diuerſis perſonis legatariorum: de quo litera planè exemplum ponit. Viuianus.

a *Vnum legatum*. mirum eſt hoc caſu: & magis in inferiori, quod

eſt vnum:vt.j.quando di.le.ce.l.cum illud.& ſic eſt contra.ſ.tit.j.l. planè.§.fi. Sol.vnũ eſt, quia vnius rei præſtatione liberatio contingit: ſed duo propter duas res nominatas in legando. ſic dicitur in duobus reis ſtipulandi vel debendi: vt.j. de duo. re. l.iij.§. fi. &.l. eadem.§.fi. & inſti.de duo.re.§.fi. Item cõtra.ſ.e.l.ſi quis ſeruũ.§. ſi ita. Sol. vt ibi. Accur.

Priuilegium peſonale non trãſit ad heredem. Bartolus.

XXVIII. MARCELLVS *libro viceſimonono Digeſtorum.*

CVm patronus ex debita [a] parte inſtitutus, fideicõmiſſum relictum ab eo præſtare non cogitur: [b] ſi omiſerit inſtitutionem, qui eam partem vindicant, vtrum eodem modo retinere, an verò præſtare debeant fideicommiſſum? Et magis eſt deberi [c] fideicõmiſſum: quoniã quòd illius pſonæ † præſtaretur, hoc nequaquam ad aliũ pertinere deberet.

Legata caduca remanẽt apud heredem cum onere ſuo. Bart.

XXIX. CELSVS *libro trigeſimoſexto Digeſtorum.*

PAter * meus referebat, cum eſſet in conſilio Duceni Veri cõſulis, itum in ſententiam ſuã, [d] vt cum Otacilius Catulus filia ex aſſe herede inſtituta, liberto ducenta legaſſet, petiſſẽtque ab eo, vt ea concubinæ ipſius daret, & libertus viuo teſtatore [e] deceſſiſſet, & quod ei relictum erat, apud filiam remanſiſſet: cogeretur filia id fideicommiſſum concubinæ reddere.

Portio coheredis deficiens adcreſcit ſine onere illi nominatim adiuncto.h.d.cũ.l.ſequen. Bar.

Quod alicuius heredis nominatim fidei committitur, poteſt

CVm patronus.] CASVS. Libertus inſtituit patronũ ſuũ heredem in ea parte bonorũ ſuorũ liberti quam lex dat ipſi patrono: & eum patronũ de fideicõmiſſo alicui dãdo grauauit. Certè nõ cogitur patronus illud præſtare. Sed quid ſi patronus repudiet dictã partẽ in qua eũ inſtituit libertus, & ſic accreſcat coheredi ſuo? nũquid coheres tenebitur præſtare fideicõmiſſum prædictum à patrono relictũ? Et dicitur ꝙ ſic. & redditur ratio ĩ litera. Viuianus.

† Quando priuilegium perſonale alteri proſit, vide plenè per Bald. in l.ſi infanti 3. oppo. C. de iure delibe. Spec. in tit. de inſtru. edi.§.nũc autem vidẽdũ. verſi. item quod fuit conceſſum perſonæ.

* Vulg.incipit, Celſus pater. 36.

a Ex debita. olim dimidia: hodie tertia: vt inſti. de ſucceſ.lib.in princip. &.§. ſed noſtra. H.

ADDITIO. Iſtam materiam Dy.tractat latius in c. priuilegium perſonale.de reg.iur.li.vj.

b Non cogatur. niſi qđ relictũ eſt liberis & parentibus: vt.j. de condi. & demonſt.l.ſi is.hodie autẽ habet debitã partẽ ſine omni grauamine: vt inſtit. de ſucceſ.liber. §. ſed noſtra.H.

c Deberi.ſic.ſ.de admini.tu.l.ex pluribus. &.j. de reg. iur.l. priuilegia. &.ſ.ſi quis omiſ.cau.teſta.l.quia autem.§.ſi patronus.& facit.j.ti.j.l.fi. &.§.fi.&.ſ.de vulg. ſubſtitu.l. & ſi contra. &.ſ. de iis quæ in teſta.delẽ. l.ij. &.j. de leg. præſtan. contra tab. bono. poſſeſ.pe.l. filium. &.ſ. tit.j.l. ſi duobus.§. heres. Accurſius.

PAter.] CASVS. Hæc lex tres caſus ponit. Primus eſt, quando legatum eſt in cauſam caduci: vt quia ille qui debebat habere legatum, & alij dare, deceſſit poſt teſtamentum adhuc viuo teſtatore: quo caſu legatum redit ad heredem cum ſuo onere. Secundus caſus eſt, quando ab vno de heredibus proprio nomine eius expreſſo legatum relinquitur: quo caſu ſi ille heres non exiſtat, ille cui portio ſua accreuit, non præſtat legatum. Tertius caſus dicit idem quod ſecundus, & de filio cui accreuit portio coheredis, ſpecialiter loquitur: ne quis credat quod in filio aliud ſit q̃ in alio herede, quaſi ipſe tantã debeat affectionem patri vt omninò debeat ſuam voluntatem adimplere. Viuianus.

d Suam. i. conſulis. vel ſuam Celſi conſulentis. vel dic interlocutum, id eſt interlocutoriam datam. Accurſius.

e Viuo teſtatore. ſed poſt teſtamentum: & ſic eſt in cauſa caduci, & ita remanet cum onere: ſed ſecus in pro non ſcripto: vt.C. de cadu.tollen.§. in primo.&.§. pro ſecundo. &.j.§.pe. &.§.fi. Sed cum hoc ſit ius vetus remanere cum onere quaſi caduca: quo modo dicit Iuſti. ibi ſe hoc nouum inueniſſe? Reſpon. i. nullus alius Imperator ante eum fecit: vt & ibi no. Item huic contra.j.de an.leg. l. Titia. Solu.hîc non cœpit vtile legatum eſſe: ibi cœpit deberi.vel ibi finitur commodum, ſic ergo & onus: hîc autem incipit commodum heredis: & ita onus. Item facit.j.eo.l. cum pater.§.cũ exiſtimaret. & infra eo.tit.l. peculium.

f Extitiſſet. Ex hoc & ſeq.§. not. partem hereditatis defectam accreſcere alteri coheredi ſine onere. Sed contra ſuprà de iis quæ in teſta. delen.l.ij.&.j.eo.l. ſi Titio.§. Iulianus &.j.ad leg. Falc.in ſingulis.&.l. ſeq.&.C.de cadu.tol.§. pro ſecundo.&.j.de vſufru.leg.l. ſi ab eo.&.C. ad Trebel.l.non iuſtam. & ſupra in princip. huius.l.

A Solu. hîc loquitur in pro non ſcriptis: aliæ in quaſi caducis & in caducis: vt.C.de cad.tol.§. in primo. & ſecundum hoc dic hîc, extitiſſet heres, id eſt eſſet in rerum natura tempore teſtamenti. Nam tunc demum vel ab eo vel ab alio cui accreſcit, præſtatur. Alij diſtinguunt an teſtator vtatur verbis appellatiuis, puta, heredes mei ſic faciant vel dent. & tunc tranſibit onus ad alios heredes vno non exiſtente herede. An ꝓprio, puta, Titius heres meus ita faciat. & tunc non: vt ſupra titu.j.l. ſi duobus.§. heres. & hoc ſe.§. cum dicitur nominatim. Tertij vt Ro.diſtinguunt: an onus ſit tale quod poſſit ab alio adimpleri, vel non: vt C.de cadu.toll.§. ne autem. ſed illa diſtinctio habet locum quãdo in faciẽdo, non in dando, vt ibi dicit: ſed hîc dicit in dãdo: vnde non deberet diſtingui. Tu dic ſecundũ Azo. quod hîc loquitur ſecundum ius antiquum, quod hodie corrigitur: vt.j.eod.l.ſi Titio.§. Iulianus.ſic etiã loquitur in caduco, & in cauſa caduci: vt. C. de cadu.tol.§.ne autem. in fi.§.

videri ita demũ dari voluiſſe ſi ille extitiſſet [f] heres. Si filio [g] heredi pars eius à quo nominatim legatũ eſt, adcreſcit: nõ pręſtabit legatũ quod [h] iure antiquo capit. [i]

Legatum incertum ad viam reficiendam valet. Bartolus.

XXX. IDEM *libro trigeſimoſeptimo Digeſtorum.*

B QVidam in teſtamento ita ſcripſit: *Reipublicæ Grauiſcanorum lego in tutelam viæ reficiẽdæ, quæ eſt in colonia eorum, vſque ad* [k] *viam Aureliam.* Quęſitum eſt, an hoc legatum valeat. Iuuentius Celſus reſpõdit, Propemodum quidem imperfecta eſt hæc ſcriptura, *in tutelã Aureliæ viæ*: quia ſumma adſcripta non eſt: poteſt tamen videri tanta ſumma legata, quãta ei rei ſufficeret, [l] ſi modò non apparet aliã fuiſſe defun-
C cti voluntatẽ, aut ex magnitudine eius pecuniæ, aut ex mediocritate facultatũ quã teſtatrix reliquit. tunc enim officio iudicis ſecundũ ęſtimationem patrimonij & legati quãtitas definiri poteſt.

Si deficit fideicommiſſum, legatum nõ remanet apud nudum miniſtrum. Bartolus.

XXXI. MODESTINVS *libro primo Regularum.*

SI quis quos non poterit manumittere, [m] legauit vt ma-
D numitterentur: nec legatum nec

g Si filio. ſuperiori in genere: hîc in ſpecie. i. in filio qui videbatur teneri quaſi magis debeat adimplere votum patris. ſed tamẽ idẽ eſt.

h Quid. ſ.legatum vnà cum aliis bonis accreſcentibus. Accurſius.

i Capit.i.caperet de iure antiquo, id eſt, lege xij. tabu. ſi nemo eſſet inſtitutus: vt inſtit. de hered.ab inteſt. in prin. non autem dico quod ſuam habeat iure inſtitutionis accreſcẽtem ab inteſtato: quia ſic pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decederet: quod non poteſt eſſe: vt inſtit. de hered. inſtit.§. non autem.vel dic, capit propriè iure antiquo, id eſt le.xij. tab. quæ confirmat teſtamentarias ſucceſſiones: vt infra de ver.ſig.l. lege.& facit infra de reg.iur.l. quoties duplici. &.ſ. proxi.§. & quod ibi no. Accurſius.

QVidam.] CASVS. Reipublicæ cuiuſdam ciuitatis ita legaui: Lego ei ad reficiendam talem viam. & eam nominaui: non tamen nominaui certam ſummam in legato. Certè valet legatum fauore reipublicæ, licèt ſit incertum: & tantam dabit heres meus pecuniam dictæ reipublicæ, quanta ſufficiet ad dictam viam reficiendam: niſi fortè nimis magna ſumma eſſet neceſſaria ad viam
E reficiendam: vel non erat nimis magna, ſed tamen facultates meæ teſtatoris non erant ſufficientes ad cõmodè ſoluendam ſummam neceſſariam viæ: quia in his duobus caſibus debet præſumi me teſtatorem voluiſſe tantam ſummã dari, quanta eſſet neceſſaria viæ. vnde iudex debet tunc æſtimare quantam ſoluet heres, videndo quantitatem patrimonij mei. Viuianus.

k Vſque ad. incluſiuè: vt.j. patet ibi, in tutelam viæ Aureliæ.

l ſufficeret. ſic ergo valet fauore relicti.ſic.j.tit.j.l. Stichus.& infra de an.leg.l. ſi cui.&.j.de ali.lega.l. pe. Sed regulariter contra: vt.ſ. de iure do.l.cum poſt.§. gener.&.j.eo.l. Titia.j. reſpon. niſi conferatur in arbitrium alicuius: vt.ſ.eo.l.j. Accurſius.

SI quis quos.] CASVS. Quidam minor.xx. an. cum ſeruos ſuos non poſſet manumittere propter legem Æliam Sentiã, legauit eos Titio, vt eos munumitteret. Certè non valet legatum: & ideo legatarius eos manumittere non poterit. Viuianus.

m Manumittere. quia ad libertatem non poterant peruenire. ſecus ſi in

ſi in fraudem creditorum faciat.tunc enim interdum tenet legatũ, quandoque non:vt ſupra titu.j.l.ſeruum filij.§.ſi idem ſeruus. Sed videtur etiam quod in primo valet legatum,licèt non libertas : vt. ĩ.de condit.& demonſtra.l ſi quis eum quem. quæ eſt cõtra.Solu. hîc vt miniſtro legabatur:ibi non.vel ſolu.vt ibi.Item facit infra eo. l.qui teſtamento.&.s̃.titul.j.l. ſi ſeruus. §. ſi ſeruus.& facit.ĩ.eod.l.codicillis.in princip. &.ĩ. titu.j.l.vxorem.in fin.

OMnia. ] CASVS. Legaui Titio equũ meum purè.tunc certè petere poteſt, cum heres meus adiuerit hereditatem meam. Secundò dicit, legaui tibi fundum ſub conditione, pendente conditione tu intraſti in poſſeſſionem fundi tua auctoritate,& fructus percepiſti.Certè heres me⁹ poteſt à te vindicare fundum & fructus. Tertiò dicit, legaui tibi fundũ Cornelianum cum omnibus rebus quæ erunt in eodem fundo. Certè mancipia quæ ſunt in fundo, continentur in legato. Viuianus.

† Hanc materiam vbi & quando debeãtur legata, vide ad longum in.l. quod legatur.& in gl.& doc. s̃. de iudi. Cy.in.l.1.C. vbi fideicõ. peti opor.

a Omnia. niſi talia ſint quæ in ſe tacitam cõditionem habent:vt.ĩ. de condit. & demon.l.j.in fi.& de verb.oblig.l.interdum.H.aliàs eſt in litera,nomina.

† In vul. edit.hic incipit lex, Cũ ita.non rectè. Ant. Aug. li.3.c.1.

b Ex die.cum quodam temporis temperamẽto:quod magis intellectu percipi, quàm elocutione poſſit exprimi: vt infra de ſolu.l. quod dicimus.& diximus ſupra eod.l.cum quidam.H.& facit.ĩ.de regulis iur.l.in omnibus. Accurſius.

c Fundum ante conditionem. ſed poſtea poterit heres petere per interdictum quorum legatorum:vt infra quo.leg.l.j.&.C. quo lega. l.j.non autem per rei venditionem.H.& facit infra de cõdit.& demon.l.legata.

d Hoc amplius. fortè legauerat ei aliud. Vel dic quod alij domum, & huic hoc amplius fundum.vnde & in domo habet partem:vt.ĩ. titu.j.l.ſi ſic.

e Mancipia. quæ perpetuo ibi ſunt:vt.ĩ.titu.j.l.ſi ita legatum &.C. de verb.ſignifi.l.ij.Accurſius.

Cum ita.] CASVS. Ita dixit teſtator:lego Titio quicquid in horreo meo erit cum moriar. Titius poſuit viuente me teſtatore quaſdam res in horreo,quæ non erant ſibi legatæ.poſuit dico ad hoc vt contineantur in legato.certè non continebuntur.Secundò dicit,legaui tibi. x. & rogaui te vt alij reſtitueres. poſtea cedente die legati legatarius deceſſit. certè heres legatarij ad fideicõmiſſum tenetur. Tertiò dicit, Legaui tibi certam ſpeciem, puta equum meum brunum.& ſine dolo heredis non inuenitur in hereditate. certè nõ poteſt petere legatarius legatum.Quartò dicit,Titius faciens teſtamẽtum familiæ ſuæ fideicommiſſum reliquit : dixit tamen de quibuſdam de familia quod volebat eos ad fideicommiſſum admitti primò , puta Titium & Seium & Gaium qui erant adgnati ipſius, & fortè non de proximioribus . certè ipſi debent prius admitti ad fideicommiſſum : eis autem deficientibus admittentur ij qui de familia fuerunt tempore mortis teſtatoris : vt tamen ipſi primò admittantur qui ſunt in gradu proximiori : & hoc niſi defunctus dixerit aliquos primò admittendos qui erant in gradu vlteriori. Viu.

f Erit. puta cum moriar. Accurſius.

g Non videtur eſſe. ſic.C.de tranſac.l.ſi de certa.&.s̃.de tranſac.l.cũ Aquiliana. & ſupra de pac.l.tres fratres. & de contrahen.emp.l.in lege.& infra titu.j.l.ſi ita legatum.&.l.ſi fundus.& infra de auro & arg.leg.l.penul.§.fin.

h Decedat. qui ſpontè agnouerat legatum ſibi relictum eſſe.nec enim cogitur,nec heres eius tenetur : vt.ĩ.ad Trebel.l. nam quod.§.

libertas valet.

Legata ſimpliciter debentur ab adita hereditate. Bartolus.

XXXII. IDEM *libro nono Regularum.*

OMnia [a] † quę teſtamentis ſine die vel cõditione adſcribuntur : ex die [b] aditæ hereditatis præſtentur.

Pendente conditione legati poteſt res legata cum fructibus reuocari à legatario. Bartolus.

Fundum ante conditionem [c] completam ab herede non traditum,ſed à legatario detẽtum,heres vindicare cum fructibus poterit.

Appellatione rerum quæ ſunt in loco,continentur ſerui. Barto.

Cũ ita legatur, *Illi hoc amplius* [d] *fundum illum cũ omnibus rebus quæ in eodem fundo erunt* : mancipia [e] quoque continentur.

Non videtur eſſe in loco quod dolo legatarij illuc illatum eſt. Bartolus.

Cum † ita legatur , *Quidquid in horreo meo erit:* [f] & is cui legatum eſt,ex rebus non legatis,ignorante eo , ampliandi legati ſui gratia in horreum intulerit: quod illatũ eſt,non videtur eſſe [g] legatum.

Morte grauati non extinguitur fideicommiſſum. Bartolus.

Quod à legatario petitum erat vt alij reſtitueret:ſi legatarius decedat, [h] heres quoq; eius id quod legatum eſt,præſtare debebit.

Heres non tenetur ad ſpeciem B legatam , niſi probetur eum habere,vel dolo deſiiſſe poſſidere. Bartolus.

Species [i] nominatim legatæ ſi non reperiãtur,nec dolo [k] heredis deeſſe probentur : peti ex eodem teſtamento non poſſunt.

Ad relictum familiæ primò vocãtur nominati:poſt eos qui proximiores ſunt in gradu. Bartolus.

In fideicommiſſo quod familiæ [l] relinquitur: hi ad petitionẽ eius admitti poſſunt, qui nomi- C nati [m] ſunt : aut poſt oẽs eos extinctos, [n] qui [o] ex nomine defuncti fuerint eo tempore quo teſtator moreretur , [p] & qui [q] ex his primo [r] gradu procreati ſint:niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores [ſ] voluntatem ſuã extenderit.

Nõ tenetur quis ad legatum ex perſona coheredis qui nõ eſt ſoluendo. Bartolus.

A fin.ſed heres legantis:vt.s̃.eo.l.Celſus.ſiue ſit caducum,ſiue in cauſa caduci:vt.C.de cadu.tollen.§.ne autem.in fin.§.

i Species. ſecus in pecunia:vt ſupra eo.l.ſi pecunia.

k Nec dolo. qui ergo dolum dicit,probet : [a] vt. s̃. de proba.l.quoties.§.qui dolo.Sed contra.s̃.loca.l.ſi quis domum.§.imperator. vbi caprarius probat ſe ſine fraude amiſiſſe capras.Solu.ibi. Item cõtra. s̃. de eden. l. ſi quis ex argentariis. §. prohibet . ſed ſpeciale in argentario vt probet caſum:quia eius officium eſt cuſtodire & habere rationes.ſic & in cuſtode carceris.nam probare debet non ſuo dolo occiſum illũ qui cuſtoditur : vt.ĩ. de cuſt.re.l. fin.§.fina. & facit ſupra eod.l.cum res.§.item.

a] Dolũ allegans probet.concor. gloſ.in.c.fi. extra de renun.lib.6. & qualiter probetur, vide bo.glo. in l. ſi quis domum.§. imperator. ſupra loca.

l Familiæ. accipe vt.C. de verb.ſigni.l.fi.

m Nominati ſunt. quid eſt quod dicitur nominatos admitti, cum, vt. s̃.dictum eſt,familię relictũ eſt:ſi enim familię eſt relictum, omnes de familia priores debent admitti. Itẽ ſi quibuſdam nominatis de familia reliquit , alij non admittũtur:vt Cod. de verb.ſigni.l.fi: Reſpon. ita reliquit,familię meę centum do. ſ. Petro & Ioann.Azo. Vel ſic , vt prius vocẽtur Petrus & Ioãnes. hi enim omnibus aliis præferuntur : poſt hos admittuntur qui eodẽ gradu & eodem nomine ſunt tempore mortis defuncti. puta nominati erant fratres conſobrini : innominati ſunt ſimiliter conſobrini : hi admittuntur poſt nominatos, & non patrueles qui ſunt ex alio nomine.ſ.agnationis,ſed prędictę cognationis,(& hoc D innuit verbum,ex eo nomine:quòd,ex eo,quidam habent cancellatum)deinde filij conſobrinorum non patruelium.licèt hodie hęc differentia agnationis & cognationis ſublata eſt : vt in auth.de here.ab inteſta.§.ex his.col.ix. planius autem eſt ſi habeas cancellatũ, eo:& dic,ex nomine,id eſt,ex familia.& ſic poſt nominatos admittuntur omnes qui proximiores ſunt in gradu ſiue agnationis ſiue cognationis: & ſecundum hoc non eſt quæſtio quæ fit an poſt nominatos admittantur præcedentes,vt fratres defuncti,& patrui:& dicunt quòd non, quaſi per hanc literam, poſt eos, &c. vocentur tantùm ſequentes,non præcedentes. ſed dic,poſt eos extinctos,notare ordinem ſucceſſionis,non ordinem graduum. Item eſt pro eis arg.contra.ĩ.de ſuc.edic.l.j.§.quibus.

n Extinctos. ſcilicet nominatos.

o Qui. ſubaudi,illi poſſunt admitti qui,&c.

p Moreretur. imò & tempore teſtamenti : vt.ĩ.de re du.l.ſi cognatis.quæ eſt contra. Solu.ibi non erat ordo in ſuccedendo : & ideo E etiam tunc tempus teſtamenti inſpicitur : omnes enim cognati ibi vocantur quocunque gradu:at hîc per ordinem admittuntur poſt nominatos:vt.C.de verb.ſigni.l.fi.ſic an ſit capax,tempore mortis inſpicitur:vt.ĩ.de iure fiſ.l.non intelligitur.§.quando.

q Et qui ex his. ſcilicet conſobrinis. Vel dic,ex his ſcilicet proximis tempore mortis.

r Primò.quandoque qui ſunt in gradu impari,ęqualiter admittũtur:vt filij fratrum cum fratribus:vt.C.de legi.here.authen. ceſſante.Accurſius.

ſ Ad vlteriores. puta patrueles:vt dicũt.Vel dic ad quintum,vel ad ſextum gradum.Item facit.ĩ.de aur.& arg.leg.l.fi.in prin.

LEgatorum.] CASVS. Legatarij debent conuenire heredes pro partibus hereditariis:& vnus heres non debet pro altero teneri.Secundò dicit:Titius inſtituit ſibi quatuor heredes: & à duobus legata reliquit. poſtea fecit codicillos, in quibus reliquit alia legata ab heredibus,& dixit:Præcipio quòd heredes mei indiſtincte lega-

ta præſtent legatariis. & iſtos codicillos miſit omnibus heredibus, cum eſſent abſentes. quæritur, vtrum legata in codicillis data ab heredibus indiſtinctè debeant pręſtari ab omnibus heredibus: an verò ab illis duobus ſolum qui onerati fuerunt in teſtamento? Et dicit quòd illi ſoli debent præſtare legata omnia. & ſic per præcedētia determinantur ſequentia. Viuianus.

a *Legatorum.* aliàs. l. legatorum. aliàs. §. idem reſpondit.

b *Competit.* niſi nominauit heredes omnes, vel quoſdam propriis nominibus: & tunc tenentur ad viriles: vt. ſ. tit. j. l. turpia. §. fi. & . j. ti. j. l. ſi plures. & . j. ad Tre. l. nonnunquam. & . l. quoties. Accurſius.

c *Heredes ſcripſit.* ſcilicet præcipiens heredes ſuos indiſtinctè legata præſtare. R.

d *Munere.* id eſt, onere. & facit. C. famil. ercis. l. quoties. & . j. de ali. leg. l. Gaio. in princ. & . j. eo. l. Mæuius. §. eum. Arg. contra. j. de verb. ſignifica. l. ſi cum fundum.

ADDITIO. Dic ſecūdum Dy. quòd hîc pręcedentia declarāt & limitant ſequētia: ibi ſequentia declarant & limitant præcedentia, & ſic non eſt contra. Item hîc nō dicitur quod omnes dānauerit in codicillis, ſed quod ſcripſerit codicillos ad omnes, ſecūdum. Bar. poſt Dy.

XXXIII. IDEM *libro nono Reſponſorum reſpondit.*

LEgatorum[a] petitio aduerſus heredes pro partibus hereditariis competit:[b] nec pro his qui ſoluendo non ſunt onerari coheredes oportet.

Clauſula generalis reſtringitur ad ſpecificata tātùm, ſi plura fuerunt. Bartolus.

Qui plures heredes inſtituit, teſtamento à quibuſdam nominatim reliquit legata: poſtea codicillos ad oēs heredes ſcripſit.[c] Quæro, quæ legata debeantur Modeſtinus reſpondit, Cum manifeſtè teſtator teſtamēto expreſſerit à quibus heredibus legata præſtari vellet: licèt codicillos ad omnes ſcripſerit, apparet tamen ea quæ codicillis dedit, ab his præſtanda eſſe, quos munere[d] fungi debere, teſtamento ſuo oſtendit teſtator.

Verba enuntiatiua de futuro emiſſa propter aliud, vel enuntiatiua de præterito, ſine expreſſione rei diſpoſitionem non inducunt. Bartolus.

XXXIIII. IDEM *libro decimo Reſponſorum.*

TItia cum teſtamento facto decederet, heredibus inſtitutis Mæuia & Sempronio filiis ſuis ex æquis partibus, petiit[e] à Næuia vt Stichum ſeruum ſuū[f] manumitteret, in hæc verba: *A te autem Mæuia filia chariſſima peto, Vt Stichum ſeruum tuum manumittas, cum in miniſterio tuo tot capita*[g] *ſeruorum tibi his codicillis legauero.* nec legauit. Quæro quid his verbis relictum videatur: cùm, vt ſupra cautum eſt, duobus heredibus inſtitutis defunctam teſtatricem, & mancipia[h] hereditaria duarum[i] perſonarum fuiſſe, & codicillis nihil[k] relictum ſit de præſtandis mancipiis, nec poſſit vtile fideicōmiſſum putari, quod datum non ſit, cum legaſſe[l] ſe dixerit, nec adiecerit[m] legati ſpeciem,[n] nec ab herede vti præſtarentur mancipia, petierit. Modeſtinus reſpondit, ex verbis conſultationi inſertis, Mæuiam neq; legati[o] neque fideicommiſſi petitionem habere, neque libertatem ſeruo ſuo dare compelli poſſe.

TItia.] CASVS. Titia inſtituit ſibi heredes Mæuiam & Semproniū filios ſuos ex æquis partibus. poſtea fecit codicillos, & in eis dixit: peto à te filia mea Męuia vt Stichum ſeruum tuū manumittas cum legauero tibi. x. ſeruos. & poſtea deceſſit hæc Titia, & non legauit ei dictos. x. ſeruos. quæro, nunquid Mæuia poſſit petere dictos ſeruos propter verba teſtatricis, & nunquid teneatur ſeruum Stichum manumittere? Et dicitur quòd nō tenettur, nec poteſt. [LVCIVS.] Lucius Titius inſtituit ſibi heredes Octauianam & Octauianum filios ſuos: & poſtea ita dixit: volo te Octauianam à te ipſa accipere talem meum fundum, & volo te Octauianum à teipſo accipere talem alium meum fundum. nūquid quilibet eorum poterit habere totum fundū ſibi prælegatū, vt partem habeat iure hereditario, & aliā partē iure prælegationis à coherede? an verò oportet quòd filia ſoluat coheredi ſuo pro parte ſua pretiū fundi, vt ſic habeat totum: & idem ſit in filio? Et reſpon. quòd quilibet habebit integrum ſuum prælegatum, vt dictum eſt. [LVCIA TITIA.] Lucia ab inteſtato decedens reliquit ſeruo Titij quandam domum. ea mortua filij qui ſunt ei heredes, diuiſerūt hereditatem & etiam domum prædictam inter ſe: & Titius prędictus dominus ſerui prædicti fuit teſtis illi diuiſioni, & non contradixit diuiſioni prædictæ domus. certè non amittit propter hoc legatū domus per ſeruū ſibi acquiſitū. [GAIVS.] Gaius iuit ad ſtandum in domo vxoris ſuæ, & portauit ſecum quaſdam ſuas res, & ibi deceſſit facto teſtamento in quo inſtituit vxorem ſuā heredē cū quibuſdā aliis: & ita dixit: ſciant heredes mei nullam pecuniam penes vxorem meā eſſe, nec aliud quicquā: ideóque hoc nomine eā inquietari nolo. certè niſi mulier probet maritū dixiſſe dicta verba in teſtamēto, quia volebat eam habere pręcipua & ante partē omnia quæ portauit maritus in domū ſuæ vxoris, non habebit mulier ea præcipua: imò cōmunicabit coheredibus ſuis. [SI EA.] Liberto meo legaui. x. ſi à filiis meis non recederet. me mortuo tutor filiorū meorū nō permittit libertū ſtare cū dictis filiis meis. habebit certè libertus legatū: quia per eum nō remanet. [QVI INVITA.] Solu. matrimonio inter filiā meam & maritū ſuum, egi inuita dicta filia mea actione de dote cōtra generū meū quondam, & exegi dotem: poſtea exheredaui filiā prædictā, & filiū meū mihi heredē inſtitui, & legaui dictæ filiæ. c. vt ea in dotem habeat. certè propter hoc legatū non amittit act. de dote filia contra maritum ſuū quondā: ſed non debet conſequi totum legatum à fratre ſuo, & totam dotem à marito: ſed ſi dos eſt maior quam legatum, & illā vult petere à marito ſuo quondā: non petet à fratre legatū. ſi autem plus ſit in legato quàm in dote, & vult legatum petere, nō admittetur niſi ī eo quod excedet dotis quātitatem. & poſtea rationē reddit. [LVCIVS.] Lucius Titius inſtituit ſibi heredes Titianū & Paulianam filios ſuos: & Titianū in octo vnciis pone, & Paulianā in quatuor: & inter alia verba quæ dixit, ita dixit: Volo quod Titianus præſtet omnia legata quæ reliqui. & poſtea dixit: peto à te Pauliana vt nō iraſcaris ex eo quod plus dedi Titiano quàm tibi: quia tu ſcis eum magna onera ſuſtētaturū, & legata quæ ſupra reliqui pręſtaturum. certè propter iſta verba, quia tu ſcis, &c. non debet Titianus ſoluere creditoribus ſolus: ſed legata debet bene pręſtare ſolus. [TITIA.] Titia Gaio Seio nupſit: & ei in dotē dedit pręcdia, & partē Caſtelli Nacleorum, & multa alia: & ex eo poſtea filiā habuit: & ab inteſtato decedēs hæc Titia ita dixit filiæ, Gaium Seiū commendo tibi ô filia, & volo quod des ei omnia quę ei in dotem dedi: vt inde habeat vitam ſuam. & rogo te quod non moleſtes eum in prædictis: quia erunt prædia tua & filiorum tuorū poſt mortem dicti mei viri. & poſtea multa alia eidem viro legauit, vt habeat ea quādiu viuet. mortua hac Titia maritus ſuus prædictus habuit omnia prædicta, & donec vixit tenuit: & poſtea mortuus eſt. petit filia prędicta ab heredibus dicti viri omnes illas res quas reliquit ei Titia, tanquam ex fideicom. propter illa verba quę dixit Titia. erūt enim poſt mortem eius tua ô filia, & filiorum tuorum, &c. certè benè poteſt hoc facere. & h. d. tota hæc lex. Viuianus.

e *Petiit.* in codicillis poſtea factis.

f *Seruum ſuum.* proprium Mæuię. ſed quid in hereditario? Reſpon. idem, quia verba quæ ſubiiciuntur, exprimunt conditionem.

g *Tot capita.* q. d. multa.

h *Et mancipia.* repete, & cautum ſit man. &c.

i *Duarum.* ſcilicet Mæuiæ & Sempronij.

k *Nihil.* iudicij, ſubaudi.

l *Legaſſe.* id eſt, legaturum eſſe. & ſic tempus pro tempore. vel facit ſimilitudinem. q. d. ſicut ſi dixit, legaui, non expreſſa quantitate vel ſpecie, cum nihil legauerit, nullum eſt relictum: ſic ſi dixerit, legauero, non expreſſa quantitate, & nihil poſtea leget.

m *Nec adiecerit.* teſtator.

n *Speciem.* Quid ſi dixerit? Reſpon. nec tunc valet quaſi conditionale: & ideo ſub. maximè. Inerat enim etiā expreſſa ſpecie vel quātitate conditio: vt. ſ. de condi. indebi. l. qui promiſit. & . ſ. titu. j. l. Stichum. non idem in præterito dico re expreſſa: vt. j. de dona. l. ex hac arg. contra. j. de condi. & demon. l. cum tale. §. falſam.

o *Neque legati.* ſ. de capitibus ſeruorum. ſed contra infra de dona. l. ex hac. Solu. ibi donator eſt vſus verbis præteriti temporis: hîc futuri ſecundum quoſdam. vel hic non fuit expreſſa ſpecies vel quātitas, ibi ſic: & ideo valet, arg. C. de falſa cauſa adiec. leg. l. fin. Vel ibi æquitas: hîc rigor. Item contra ſupra eodem. l. quidam. vbi incertitudo non nocet. Sol. ibi. Item in eo quod ſubiicit, non valere libertatem, videtur valere non obſtante falſa demōſtratione: vt infra de condit. & demon. l. demonſtratio. contra. Sol. ibi demonſtratio fit in præterito vel præſenti, hîc in futuro. dicit enim, legauero: quod conditionem

conditionem inducit: vt.ſ̃.titu.j.l.vj.Item contra.j̃.eo.l.cum pater. A §.fin. So.ibi non inducit conditionem,licèt futuri temporis ſit: & hoc ideo,quia hîc in repræſentatione oneris,ibi ſecus.& facit infra de vſufru.lega.l.qui plures.

a *Villam.* id eſt,vniuerſitatem quãdam prædiorum & hominum. vel,id eſt,domum.nam infra vocat prædium.

b *Syntheſin.* nomẽ villæ legatæ.

c *Videatur.*hoc erat verum.

d *Contineat.* hoc non erat verum.

e *Non ſic interpretãdam.* innuit hãc ſcripturam, lego vni heredum talẽ rem à ſeipſo: multas habere ſignificationes ſeu interpretationes duas malas,& tres bonas.Prima, vt capiat portionẽ hereditariam tantùm, & non vltrà: quia ei à ſe legari non poteſt.Secunda,vt capiat totam, ſed non gratis: quia debet pretium ſoluere ꝓ parte coheredis:quaſi à ſe,id eſt, à ſua burſa capiat alteram partem,& has reprehẽdit Modeſti. Sunt aliæ benigniores quæ non vitiant, vt à ſeipſo dicatur accipere,id eſt,non per filium vel ſeruum: quod poſſet quãdoque ſibi prodeſſe:vt.j̃. de legat.præſtan. l.iij. §.liberis. &.§. hoc ſolum.q.d. non lego filio vel ſeruo inſtituti: quia tunc non videtur legari à ſe, vel nõ ab alio accepit per fideicõmiſſum quod eſſet ſi teſtator extraneo legaſſet, & eum rogaſſet reſtituere vni heredum:ſed à ſe, id eſt, per ſe habet directò: quod eſt expeditius. Vel tertiò à ſe,id eſt,vt non petat ab alio, ſed ſua auctoritate ingrediatur, quaſi ex permiſſiõe defuncti. ſic & aliàs.C.de pigno.l.creditores. iſtæ expoſitiones ſic quidẽ ſunt eligendæ, non vt pereat:vt.j̃.de reb.dub. l.quoties.& ſecundum hoc contra.ſ̃.titu.j.l.planè. §. ſi duobus. &.l.legatum.§.heredi.quę dicunt heredi à ſeipſo nõ legari. Solu.ſi vnus heres tãtùm eſt, ei à ſe nũquam legatur. Si autẽ plures ſunt heredes, vni ab altero legatur, & tenet vt præcipiat: vt.ſ̃. titu.j.l. qui filiabus.§.fi. &.j̃.eod.l.fi.§.quatuor. &.l.miles. §. pro parte. &.ſ̃. de heredi. inſtit. l. ex facto.& ſic hîc intelligitur.ſi autem legatur vni heredum,& alij vel aliis extraneis,puta duobus:dic vt ſupra titu.j.l.legatum.§.heredi.& not.in.l.planè.§. ſi duobus.

f *Reliquit.* in codicillis.

* id eſt, Octauianæ Stratonicæ dulciſſimæ filiæ meæ S. Volo vt ipſa à ſemetipſa prædiũ Gazam cum omnibus eius dotibus accipiat. Octauiano Alexandro dulciſſimo filio meo S.Volo vt ipſe à ſeipſo poſſeſſionem Comianam agniferã cũ vniuerſis dotibus quę in ea ſunt, percipiat, inque eximiũ habeat.

* Quidã hic reponũt iuxta vulgarem interpretationẽ, σύνθεσιν τῶν ἀφόρων χωμῶν. Aliis ἀγνοφόρον legendũ videtur ex Ariſto.de na.animal. lib.9.quam lectionẽ & ipſa ſpecies legis ſuadet eſt autẽ ἄγνος: plãtæ ſeu fruticis genus apibus gratiſſimũ.

## Verba teſtatoris extra propriã ſignificationem verborum intelligũtur vt legatum non reddatur inutile. Bartolus.

Lucius Titius in teſtamento ſuo ita cauit: Ὀκταβιάνῃ † Στρατονίκῃ τῇ γλυκυτάτῃ μου θυγατρὶ χαίρειν. Βούλομαι αὐτὴν παρ᾽ ἑαυτῆς λαβεῖν χωρίον Γάζαν σὺν ταῖς ἐνθήκαις αὐτοῦ πάσαις.

Ὀκταβιανῷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ γλυκυτάτῳ μου υἱῷ, ἐξαίρετον βούλομαι αὐτὸν παρ᾽ ἑαυτοῦ λαβεῖν σύγκλησιν ἀγωνοφόρον * Κομιάνῳ, σὺν αἷς ἔχει ἐνθήκαις πάσαις. [id eſt, Octauianæ Stratonicæ dulciſſimæ filiæ meæ ſalutem: Volo eam à ſeipſa accipere villam a Gazan cum impoſitionibus ſuis omnibus. Octauiano Alexandro dulciſſimo filio meo ſalutem: Præcipuam volo eum à ſeipſo accipere ſyntheſin b ſterilium villarum cum impoſitionibus ſuis.] Quæro, an huiuſmodi ſcriptura integrum prædium ſingulis datum eſſe videatur: c an verò partem hereditariam dumtaxat contineat, d cum inutiliter à ſemetipſo quemque eorum quam habebat partem accipere voluit. Modeſtinus reſpondit, non ſic interpretandam e ſcripturam de qua quæritur, vt fideicommiſſum inutile fiat. Item quæro, ſi integrum prædium relictum eſſe videtur, an pretium portionis fratri & coheredi ſoluendum ſit: vt hoc ipſo quòd à ſemetipſo accipere præcepit, pretio illato integrum habere eum voluerit. Item reſpondit, ad ſolutionem pretij fideicommiſſarium minimè compellendum.

## Qui eſt adhibitus actui vt teſtis,non præiudicat iuri ſuo. Bartolus.

Lucia Titia inteſtata moriens à filiis ſuis per fideicommiſſum alieno ſeruo domum reliquit. f poſt mortem, filij eius iidem qui heredes, cum diuiſerunt hereditatem matris, diuiſerunt etiam domum. in qua diuiſione dominus ſerui fideicommiſſarij quaſi teſtis adfuit. g Quæro, an fideicommiſſi perſecutionem adquiſitam ſibi per ſeruũ, eo quòd interfuit diuiſioni, amiſiſſe videatur. Modeſtinus reſpondit,fideicommiſſum ipſo iure amiſſum nõ eſſe, h quod ne repudiari quidem poteſt. ſed nec per doli exceptionem ſummouetur, niſi euidenter apparuerit omittendi † B fideicommiſſi cauſa hoceum feciſſe.

## Verba enunciatiua non inducunt diſpoſitionem vltra verborum ſignificationem. Bartolus.

Gaius Seius cum domum ſuam haberet,& in prætorio vxoris ſuę tranſtuliſſet, quaſdam res de domo ſua in eodem prætorio tranſtulit:ibíque poſt multos dies decedens teſtamento vxorem ſuam heredem & alios complures reliC quit: quo teſtamento ſignificauit verba quæ infra ſcripta ſunt: *In primis ſciant heredes mei nullam pecuniam eſſe penes vxorem* i *meam, ſed nec aliud quicquam: ideóque hoc nomine eam inquietari nolo.* Quæro,an ea quæ viuo eo in prætorio vxoris eius tranſlata ſunt, communi hereditati vindicari poſſint: & an ſecundum verba teſtamenti prę́ſcribi coheredibus poſſit à parte vxoris defuncti. Modeſtinus reſpondit, ſi ea quæ in domum ſeu prętorium vxoris D defunctus tranſtulit,præcipua ad eam pertinere voluit: nihil proponi cur voluntate ipſius ſtandum non ſit. neceſſe igitur habet mulier, talem voluntatem fuiſſe teſtatoris oſtendere. k quod niſi fecerit: in hereditate mariti & hæc remanere oportet.

## Si non ſtat per legatarium, videtur impleta conditio.Bartol.

Si ea conditione liberto fideicommiſſum relictum eſt, ne à filiis eius recederet: & per tutores E factum eſt quò minus conditionem impleret:iniquum eſt,eum, cum ſit inculpatus,emolumento fideicommiſſi carere. l

## Si pater legat filiæ qua inuita dotem exegerit, filia debet eſſe contenta alterutro,niſi plus ſit in dote. Bartolus.

g *Adfuit.* ſolummodò,& forte ſui iuris ignarus.

h *Non eſſe.* Tria no.ad primum,ſcilicet quòd non præiudicat prę́ſentia, eſt contra.ſ̃. de pign.l.fideiuſſor.§.j. & quibus mo.pign.vel hypo.ſol.l.Titius.§.fina. Solu.ſuper huiuſmodi quæſtionibus inter ſcientiam domini & cauſam quare interfuit diuiſioni,diſtinguitur ſecũdum Ro. tu dic ſecundum Ioan. an eo contradicente poterat fieri: & tunc præſentia vel ſcientia non nocet, vt hîc:an non: & tunc nocet, vt in contrariis: vt not.ſupra de pign.ac l.Gaius.Item contra ad idem infra in eo. titu. l. codicillis.§.j. Sol.ibi cõſenſerunt. Item contra ad idem ſupra titu.j.l.ſi fundum.in prin. Solu. ibi plus fecit, quia aſſignauit.& ſic nõ in fundum, ſed in pretium remanet fideicõmiſſum. Item ad id quod ſubiicit nõ poſſe dominum repudiare: eſt contra.ſ̃. titu.j.l.legatũ. in princ. Solu. non poteſt: ſcilicet taliter exiſtendo teſtis:alio modo ſic. Vel ſubaudi,videri:quod in idem recidit. vel hîc agnouerat iam: vt.j̃. de ſucceſ.edic. l.j.§. decretalis. & facit.j̃. de condi.& demon. l. qui heredi.& de ſolu. Stichũ. §.vſumfructum. &. l.ſi ſtipulantem. & de do. excep.l.apud. §. quæſitum.

† Sunt qui putent hic legendum eſſe, amittendi.

i *Penes vxorem.* quod verum erat: quia teſtator penes ſe dicebatur habere tranſlata, non, vxor: vt.j̃.de verbo.ſign.l.penes.niſi vxor teſtamẽti tempore amouerat res, & teſtator ſciebat. nam tunc liberationem legaſſe videtur:niſi heredes probẽt cõtrarium: vt.C.de fal. cau.adiec.lega.l.j.quod poſſunt:niſi teſtator iurauerit: vt in authen.de iureiu.à mo.§.j.col.v.

k *Oſtendere.* non ergo debentur tranſlata in pretorium. ſed contra infra de conditio.&demõſt.l.legatum. ſed ibi certa quantitas vel ſpecies fuit nominata in legando:hîc non. Et eodem modo ſolu. aliud contra.infra de auro & argen. leg. l. qui vxori. nam & ibi res eſt in teſtamento nominata,& iuſſi ſunt heredes reddere quaſi propriam vxoris: hîc neutrũ fuit. & facit. C. communia vtriuſque iud.l.ſcriptura. & infra de condi.& demonſt.l.ſi ita.&.C.arbitr.tut.l.j.

l *Carere.* & facit infra de an.le.l.Mæuia.&.l.annua.& infra de adi. lega.l.iij.§.ſi quis Titio.&.C.de leg.l.j.& infra de cõdit.& demõſt. l.ſi quis ita.&.C.de condi.inſer.l.ſi ea conditione.

Qui inuita[a] filia de dote egerat, deceſſit eadem illa exheredata, filio herede inſtituto : & ab eo fideicommiſſum filiæ dotis nomine reliquit. Quæro quantum à fratre mulier conſequi debeat. Modeſtinus reſpondit, Quod in primis[b] eſt, non eſſe conſumptam de dote actionem mulieri, cum patri ſuo non conſenſerit,[c] vtique nõ ignoras.[d] ſic enim[e] res explicatur, vt ſi quidẽ maior quantitas[f] in priore dote fuit, illius[g] petitione[h] ſit tantummodò mulier contenta. quòd ſi in ſumma dotis nomine legata amplius ſit quàm in dote principali, compenſatio[i] fiat vſque ad eandem ſummam quæ concurrit : & id tantummodò quod excedit in ſequenti ſumma,[k] ex teſtamento cõſequatur. nõ eſt enim veriſimile,[l] patrem duplici præſtatione dotis filium eundémq; heredem onerare voluiſſe præterea, cùm putauerit ſe efficaciter, licèt non conſentiente filia, inſtituiſſe aduerſus generum de dote actionem.[m]

**Diſpoſitio ſpecialis derogat generali. Item verba generalia obſcura declarantur per præcedentia clara. Bartolus.**

Lucius Titius relictis duobus filiis ſuis heredibus diuerſi ſexus inſtitutis, addidit caput[n] generale,† vti legata & libertates ab his heredibus ſuis præſtarentur. quadam tamen parte[o] teſtamẽti à filio petiit vt omne onus legatorum in ſe ſuſtineret, in hunc modum : *Ea quæcumque in legatis reliqui vel dari præcepi : ab Attiano filio meo & herede dari præſtaríque iubeo*. deinde ſubiecit in præceptione relinquẽda filiæ ſuæ, hæc verba : *Paulinæ filiæ meæ dulciſſimæ ſi quid me viuo dedi,[p] comparaui,[q] ſibi habere iubeo : cuius rei quæſtionem fieri veto : & peto à te filia cariſſima, ne velis iraſci quòd ampliorem ſubſtantiam fratri tuo reliquerim, quem ſcis magna onera[r] ſuſtentaturum, & legata quæ ſupra feci, præſtaturum*. Quæro, an ex his extremis verbis, quibus cum filia ſua in teſtamento pater locutus eſt, effectum videatur vt hereditariis actionibus, id eſt omnibus filium ſuum onerauerit : an verò iam ſolùm propter onus legatorum locutus eſſe videatur, petitiones autem hereditariæ in vtrumque heredem creditoribus dari debeant. Modeſtinus reſpondit, vt actiones creditorum filius ſolus excipiat, iuſſiſſe teſtatorem non proponi.

B

**Verba diſpoſitiua ad quemcũque directa, fideicommiſſi petitionem inducunt. Item qui voluit res ad aliquem pertinere ad tempus, poſt illud videtur velle ad ſuum heredem redire. Bart.**

Titia cum nuberet Gaio Seio, dedit in dotem prædia, & quaſdam alias res. poſtea decedens codicillis ita cauit : †

Γάϊον Σέϊον τὸν ἄνδρα μου παρακατατίθεμαί σοι, ὦ θύγατερ, ᾧ βού-
C λομαι δοθῆναι εἰς βίου χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν, μετοχὴν κώμης Ναχλήνων, ἣν ἔφθασα δεδωκυῖα εἰς προῖκα σὺν σώμασι τοῖς ἐμφερομένοις τῇ προικί : καὶ κατὰ μηδὲν ἐνοχληθῆναι αὐτὸν περὶ τῆς προικός. ἔσται γὰρ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ σὰ καὶ τῶν τέκνων σου.

[id eſt, Gaium Seium virum meum commendo tibi ô filia, cui[s] volo dari ad vitæ vſum & fructum participationem[t] caſtelli Nacleorum, quam[u] præ-
D ueni dediſſe in dotem, cum corporibus quæ inferuntur[x] doti : & in nihilum moleſtari eum de dote. erunt enim poſt mortem eius tua, & filiorum tuorum.] Præterea alia multa huic eidem marito legauit,[y] vt quandiu viueret, haberet. quæro, an propter hæc quæ codicillis ei extra dotem relicta ſunt,[z] poſſit poſt mortem Gaij Seij ex cauſa fideicommiſſi petitio filiæ & heredi Titiæ competere, & earum[a] rerum nomine quas in dotem Ga-
E ius Seius accepit. Modeſtinus reſpondit, Licèt non ea verba proponuntur ex quibus filia teſtatricis fideicommiſſum à Gaio Seio poſtquam præſtiterit quæ teſtamento legata ſunt, petere poſſit,[b] tamen nihil prohibet propter voluntatem[c] teſtatricis poſt mortem Gaij Seij fideicommiſſum peti.

---

a *Qui inuita*. i. contradicente, & cauſam contradicendi habente: vt.s.ſol.matri.l. ſi cum dotem.§.eo tempore. aliàs patre recipiente
A liberatur maritus: vt.s.ſol.ma.l.dotem. quod hîc inferius negat.

b *In primis eſt*. ſcilicet reſpondendum.

c *Non conſenſerit*. i. contradixerit. poterit ergo filia iſta legatũ ſpernere : ſed an maritus aget ad legatum qui adhuc eſt debitor filiæ : & ei ſoluit? Reſpon. non: quia eius contẽplatione nõ reliquit hîc pater: vt in fi. huius §. &.j.tit.j.l. fideicommiſſa. §. interdum. ſecundum.Azo.

d *Non ignorans*. Quid autẽ ſi ignorauerit? Reſpon.idem:quia videtur contradicere : vt.s. ſol. matri.l.ij. in fi. ſub ergo hic maximè.

e *Sic enim*. mutat caſũ. nam ſupra nõ agnouit legatum, hic ſic.

f *Maior quantitas*. puta dos fuit decem, legatũ quinque.

g *Illius*. ſcilicet dotis quæ excedit legatum.

h *Petitione*. ſ. quinque. & dic contenta à fratre reſiduam dotis quantitatem ſcilicet alia quinque à marito conſequitur actione ex ſtipu. de dote. nã cum agnoſcit legatum, ſcilicet pro dote : & onus ei iniũctum agnoſcere cogitur, vt ſcilicet à viro id non petat: vt.j.eo.l. imperator. §.ſi centum. &.j.ad leg. Falc.l. ſed ſi non ſeruus. imò verius dic econtra ſit contenta à viro ſcilicet de quinque agendo contra eum virum. nec enim plus poteſt onerari q̃ fuerit honorata : vt dictis.ll.Prima non placet : quia malè diceret, contenta : cùm in plus nullum ius habet vel habuit cõtra fratrem. Sed quid ſi nolit legatũ admittere, ſed tantùm dotem à viro recipere? Reſpon. poteſt. hoc enim innuit Modeſtinus cum dicit, actionem de dote ſupereſſe.

i *Compenſatio*.[a] dotis & legati : & dic ꝙ impropriè dicit : cum non ſit hincinde debiti contributio, vbi propriè dicitur compẽſatio : vt.s.de compen.l.j. ſed eſt tale, id eſt reputatio. s. de rei vin.l.emptor.& de neg. geſt.l. Neſennius.

k *In ſequenti ſumma*. legati nomine debita.

l *Non eſt veriſimile*. imò certum eſt quòd nõ voluit ex verbis. ſic enim dixit, nomine dotis : eo autem non dicto præſumptiones iſtæ maximè in filio ſuóque herede prodeſſent: vt.j.de do.præle.l.ij.& ar.C. de impo. lu. deſc.l.j. ſed ab extraneo vtrumq; hodie conſequeretur : licèt aliud eſſet olim per interdictum de alterutro : vt. C. de rei vxo.act.§. ſciendum. ſecundum H.

m *Actionem*. per hoc apparet quòd non voluit filiam vtrumq; habere, ſicut opinabatur teſtator. nam ſine filia ſe poſſe exigere credebat. & eſt ad legem iſtam.j.de ali.lega. Gaio.§.j. &.l. Stichum.§. fi. &.s.ſolu. matri. ſi cũ dotẽ.§. ſi pater. &.j. de do. præle.l. pe.& de ſolu. l. qui hominem.§. ſi gener. Accurſius.

n *Caput*. i. capitulũ: vt in. l. Aquil. quæ habet tria capita.i. capitula.

o *Parte*. inferiori : ex qua apparet immutatã priorem voluntatem: vt ſupra de vulga. ſub.l. ſi quis eum. Azo.

p *Dedi*. tibi.

q *Comparaui*. pro te.

r *Magna onera*. Ecce quod quæſtionẽ inducebat: ſed dicas quòd ex abũdanti hęc verba ponuntur, & ſic nihil proficiunt : vt & aliàs. j. de auro & argen. leg.l. pediculis.§. Labeo.&.j.de fundo inſtruct.l. quæſitum.§.ſi. Sed argu.contra.s. de vſur.l. ſi ſtipulatus. ADDITIO. Dic ſecundum Dy. quòd ibi ſunt verba quorum ſignificatio poteſt aliquid certũ inducere : hîc nõ, quia ſimpliciter dixit, onera. ſicut enim incertitudo reddit legatum inutile: vt.l. cum poſt.§. gener.s.de iure dotium ita reddit inutile onꝰ. argu.l.cum pater.§. fina.j. eodem, ſecundum Bartolum.

ſ *Cui*. ſcilicet viro vel marito.

t *Participationem*. aliàs perceptionem: aliàs portionem: aliàs, participationem, & dic caſtelli Nacleorum. ſ. cuiuſdam caſtri nomen.

u *Quam*. ſcilicet participationẽ præueni &c. id eſt, olim dederam in dotem eandem perceptionem.

x *Quæ inferuntur*. id eſt cum aliis quæ dederam in dotem.

y *Legauit*. quæ non erant in dote.

z *Relicta ſunt*. vt ſupra ibi. præterea &c.

a *Et earum*. q. d. de iis quæ in dotem erant data, & dicto modo legata, ſimiliter quæro.

b *Poſsit*. non enim rogauit virum vt filiæ reſtitueret, quia tunc eſſet expeditum: vt.j.de auro & arg.lega.l.ſpecies.

c *Voluntatem*. qui enim reliquit donec viueret, videtur nolle vt poſt mortem haberet : & ſic filię reſtituatur. Itẽ quia dixit, erunt tua: vt.C. de dona.ante nup. l. ſi cum ante. ſed an in medio habuit vir proprietatẽ vel vſumfructum.

† Quiſquis mihi heres erit, &c.l. ab omnibus. s.li.prox.

a] Compenſatio ꝓpriè dicitur ſpecies recõuẽtionis, cui debet reſpõderi tanquã petitioni. Bald. in. l. ſi conſtat. in 2. colum. in fi. in verſic. item ẽcõtra habemus. C. de compen. per eundem in. l. neque. eo. titu.

† Alci. ſic vertit hæc. C. Seiũ maritũ meum cõmendo tibi ô filia, cui volo dari in vitæ vſum & fructum participationẽ pagi Nacleni, quam olim in dotẽ cum corporibus doti illatis dedi: & in nullare cum moleſtari in dote erunt enim poſt mortẽ ipſius, tua & filiorum tuorum.

ctum?& videtur ꝙ vſumfru.quia ſic dixit,ad vitæ vſumfru.& arg. ſ.de ſerui.ruſti.prædio.l.qui duo.ſed dic proprietatẽ:quia dixit da A ri.i.accipiẽtis fieri:vt.j.de verb.obli.vbi autem.§.fi.Item quia dixit, erunt tua poſt mortem.arg.j.de auro & argen.leg.l.ſpecies.

vnde duo ſerui duorum dominorum ſunt coniuncti in legato, & ſic habet locum hîc ius accreſcendi, & ſic non obſtat contrarium ſupra eo.l.& Proculo.Viuianus.

h *Nolo.* quod poſſum ſcilicet repudiare:vt.ſ.tit.j.l.legatum.

i *Pertinebit.* ſcilicet per alterum per quem ad me pertinere volo.

L *Egatis.* CASVS. Vxori meæ legaui omnia quæ parauerã propter eam.certè non cõtinẽtur ea quæ paraui pro me & pro ea.Vi.

a *Legatis.* & facit.j. de verb.ſigni.l.in lege.&.j. titu.j.l.hoc legatum. & de auro & argen. leg. l. Quintus.

b L *Egatum eſt.* Donatio quædã. bene dicit quędam,tres enim ſunt,& hæc eſt vna:alia cauſa mortis,& alia inter viuos: & differt prima ab aliis:qa in prima nõ obligatur donãs donatario : niſi fortè incipiat à traditione: vt.ſ.e. l. Lucius.&. C. de iure do.l.j.in aliis ſic:vt inſti tu.de dona.§.j.&.§.alię. &.j.eo.l. vt heredibus. no.Item aliter ſubſtituitur in donatione quàm in legato: vt.j.e. l.vt heredibus.Sũt & aliæ differentiæ:vt no. inſti. de dona. §. j. at illam inter viuos conſtat in multis differre ab aliis. Azo. & facit.ſ.tit.j.l.legatum.& inſti.eo.in prin.

c *Relicta.* & ab herede præſtãda. & in hoc differt à donatione cauſa mortis: quæ quãdoque à defuncto.quandoque ab herede datur. ſed & legatum quandoque à defuncto præſtatur : vt ſ.eo.l.Lucius.

*parati.
†Hunc tex. dicit eſſe ſingul. Lud. Ro.in ſingu. ſuis.fo.17.ad hoc quod hic dicitur in ſummario.
*Donatio quædam.

Ea videntur ad alicuius vſum parata, quæ ad eius tantum, non quæ ad communem vſum cum alio ſunt parata.Bartolus.

XXXV. IDEM *libro ſextodecimo Reſponſorum reſpondit.*

L Egatis [a] vxori quæ vſus eius cauſa parata ſunt:eos ſeruos ad eam non pertinere, qui non proprij ipſius, ſed cõmunis vſus B cauſa parti *ſunt.†

XXXVI. IDEM *libro tertio Pandectarum.*

L Fgatum eſt [b] * donatio teſtamento relicta. [c]

Vtile per inutile nõ vitiatur.B.

XXXVII. IAVOLENVS *libro primo ex Caßio.*

Q Vi teſtamento inutiliter [d] manumiſſus eſt,legari eodẽ teſtamento poteſt: [e] quia totiens efficacior eſt libertas legato,quotiens vtiliter data eſt.

XXXVIII. IDEM *libro ſecundo ex Caßio.*

Q Vod ſeruus legat⁹ ante aditam hereditatem adquiſiit, hereditati adquirit. [f]

Quod ædificatur in area legata,cedit legato.Bartolus.

XXXIX. IDEM *libro tertio ex Caßio.*

S I areæ legatæ poſt teſtamentum factum ædificium impoſitum eſt : vtrumque debebitur, & ſolum,& ſuperficium. [g]

Si reliquitur duobus ſeruis: ita habet locum ius accreſcẽdi,ſicut ſi duobus liberis legetur.Bart.

XL. IDEM *libro primo Epiſtolarum.*

S I duobus ſeruis meis eadem res legata eſt,& alterius ſerui nomine ad me eam pertinere nolo, [h] totũ ad me ꝑtinebit: [i] quia B partẽ alterius[ſerui [k] per alterum ſeruũ [l] adquiro,perĩde ac ſi meo & alterius]ſeruo eſſet legatum. [m]

Portio deficiens adcreſcit cõiuncto verbis domini,& coniuncto re tantùm pro rata.Bartolus.

XLI. IDEM *libro ſeptimo Epiſtolarum.*

M *Aeuio* [n] *fundi partem dimidiam, Seio partẽ dimidiã lego. eundem* [o] *fundum Titio lego.* Si Sei⁹ deceſſerit, pars eius vtrique adcreſcit: † quia cum ſeparatim & C partes [p] fundi, & totus legatus ſit,neceſſe eſt vt ea pars quæ ceſſat, pro portione legati cuique eorum quibus fundus ſeparatim legatus eſt,adcreſcat. [q]

Si maritus vel alius legat mulieri dotem, aut dicit, quicquid in dotem dedero : & non deducuntur impenſæ.aut dicit dotem ſimpliciter : & impenſæ deducũtur.Bartolus.

k *Serui.* ſcilicet repudiatam.

l *Per alterum ſeruum.* cuius nomine eandem rẽ volo meam fieri.Accurſius.

m *Legatum.* ſi tunc dominus alterius legatum repudiet. nam mihi accreſcit.Sed contra.ſ.eo. l. & Proculo. Solu. ibi vni ſeruo cõmuni duorum.vnde non ſunt cõiuncti re, cum non faciant partes per cõcurſum,ſed dominicas.hîc duobus ſeruis dominorum diuerſorum: & ſic ſunt cõiuncti re & verbis.Itẽ facit.j.e.l.ſi mihi purè.&.j.de except. rei iudi.l.ſi mater. §.j. &. §. eandem. &. l. & an eadem.§.actiones. &.j.de regu. iur. l. quoties duplici.&.ſ.de vſufruc.ac. l.fin.Accurſius.

Incluſa deſunt in archet. Flo. ſunt in vet. manuſcr.vt monuit Taur.in ad not.

M *Æuio.* ] CASVS. Ita dixit teſtator: lego Męuio partem dimidiã fundiSeiani:Seio lego eãdem partem dicti fundi. eundem fundũ lego Titio.& ita omnes eos coniunxit re, & verbis diſiũxit, & Titi⁹ debet habere in fundo dimidiã, & Mæuius & Seius aliam dimidiam. Seius poſtea deceſſit antè diem legati cedentẽ, & ſic pars ſua debet accreſcere collegatariis,& non tranſire ad heredes ſuos Seij.ſicut ergo Titius habuit plus in legato quàm Mæ- D uius,ita nunc habeat plus quàm Mæuius in parte Seij quæ eis accreſcit. [A ME.] Gaius inſtituit me ſuum heredem,& à me legauit vxori meæ Titiæ quicquid propter eam ad me peruenit.ipſa nunc agit contra me pro legato, & ego volo ei tantùm minus dare de legato, quantum expendi ob neceſſaria in dote quæ ab ea ad me peruenit. quæ expenſa ſolet minuere dotem ipſo iurè. certè non poſſum:quia dicta verba,quicquid propter &c. ponuntur loco taxationis à teſtatore,vt non poſſit minus dari. ſecus ſi legaſſet à me herede vxori meæ dotem : quia tunc videtur legare ei illud quod actione poteſt mulier conſequi.vnde dictas expenſas bene poſſum detrahere.& quod diſtinxi in extraneo, idem diſtinguo in marito vxori legante.Viuianus.

† In hunc locum nonnihil Alciat. lib.7.Parer. cap.9.

Q *Vi teſtamento.*] CASVS. Dedi ſeruo meo libertatem in teſtamento inutiliter,& eum poſtea legaui alicui. præualet legatum.Viuianus.

d *Inutiliter.* puta ſit liber poſt mortem ſuam:vt infra de ma. teſta. l.libertas.

e *Eodem teſtamento poteſt.* Si enim primò legetur ſeruus, obſtat doli exceptio:licèt non valeat libertas: vt.ſ.tit.j.l. planè.in prin. &. ſ.de iis quibus vt indig.l.cum quidam.Azo.&.j.de fun.inſtru.l.iij.§.minor.Item nota vtile per inutile non vitiari.ſic inſtit.quib.mo. teſta. infir.§.poſteriori.&.ſ.de reſcin.ven.l.ſi id quod.&.ſ.de in di. addi. l.ſi venditor. §.fi.& facit.ſ. tit.j.l. ſeruum filij. §.ſi idem. &.l. ſi poſt mortem.§.fi.&.j.de ma.teſt.l.ſi peculium.§.j.

Q *Vod ſeruus.*]CASVS. Legaui tibi ſeruum : ipſe ſeruus acquiſiuit aliquid ante aditam hereditatem meam.certè hereditati acquirit.Viuianus.

f *Adquirit.* ſed poſtea omnia debent reſtitui legatario ſi purè erat legatus ſeruus:vt.ſ.tit.j.l.ſi tibi homo. §.cũ ſeruus. &.l. apud Iulianum.in prin.&.l.nihil.§.fi.ſi autem ſub cõditione, non reſtituetur: vt.C.de fideicõ.li.l.iij.Azo.Item no.acquiſiuit. nam quædam non quærit,vt hereditatem & vſumfructum: quià in primo iuſſus debet præcedere heredis inſtituti:in ſecundo requiritur perſona quæ poſſit vti frui:vt.j.de acquiren.rerum domi. l. hereditas in multis. & inſtit.de heredi.inſti.§.ſeruus.Accurſius.

S *I areæ.*]CASVS. lego tibi aream: & poſtea ſuperpono ei ædificium.legatarius vtrumque habebit.Viuianus.

g *Et ſuperficium.* facit ad iſtam.l.j.de ſol.l.qui res.§.aream.&.ſ.titu. j.l.ſeruum filij.§.ſi areæ.&.l.ſi ex toto,in princ.&.l.quod in rerum. &.j.de auro & argen.lega.l.ſi ſtatuam.Sed eſt argu.contra. j. titu. j.l.ſi chorus.§.aream.Solu.vt ibi.Accurſius.

S *I duobus.*] CASVS. Titius legauit duobus meis ſeruis fundum : ego repudiaui legatum ex perſona vnius ſeruorum.certè ex alterius ſerui perſona poſſum totum habere legatum : quia accreſcit vna pars alteri. & idem eſt in hoc alio caſu : Legauit Titius fundum ſeruo meo proprio, & alij ſeruo qui erat Sempronij:

n *Mæuio.* Tribus modis poteſt loqui. Primò vt ſint verbis coniũcti, ſed re diſiuncti : hoc modo, Mæuio & Seio lego fundum pro æquis portionibus, & Titio eundem fundum. & ſecundum hoc dic,id eſt cum ſeparatim &c. ſcilicet quo ad rẽ, & non quo ad ver- E ba.aliàs ſi quo ad verba,nullo modo eſſent coniuncti,nec eſſet locus iuri accreſcendi:vt.ſ.eo.l.& Proculo.ſed cum verbis tãtum, ſic: vt.j. titu.j.l. re coniuncti. Alij dicunt primos duos coniunctos re, quia eandem dimidiam:ſed tertius ſit coniunctus verbis : & ſecũdum hoc coniunctus re tantum admittitur cum coniuncto verbis tantum:licèt videatur quòd coniunctus re tantùm præferatur : vt. j.titu.j.l.re coniuncti.quod non eſt verum,vt hîc.tu dic quòd omnes ſunt coniuncti re tantùm.

o *Eundem fundum.*videlicet totum.

p *Et partes.* id eſt pars: plurale pro ſingulari, ſecundum duos vltimos modos:vel dic partes per concurſum ſecundum eoſdem, ſed ſecundum primum propriè.

q *Adcreſcat.* Titio in duas,alij in tertiam ſecundum duos vltimos modos,vel cuilibet in virilem ſecundum primum,ar. C.de leg.l.cũ quæſtio.& facit.ſ.de vſufru.acc.l.j.in princ. &.C.de cadu. tol.§. his ita.& ſupra de hered.inſtit.l.ſi ita quis.

A me herede [a] vxori [b] meę ita legatum eſt: Quidquid propter Titiam ad Seium [c] dotis nomine peruenit, tãtam pecuniam Seius heres meus Titiæ det. quæro, an deductiones impenſarum fieri poſſint quæ fierent [d] ſi de dote ageretur. Reſpõdit, Non dubito quin vxori [e] ſuę quod [f] ita legatum eſt, *A te heres peto, quidquid ad te perueniſſet, vt tantum ei dares:* tota dos ſine ratione deductionis impẽſarum mulieri debeatur. Non autem idem ius ſeruari debet ex teſtamento extranei, quod ſeruatur in teſtamento viri qui dotem vxori relegauit. [g] hîc enim [h] taxationis loco habendũ eſt, *Quidquid ad te* [i] *peruenit.* illic autẽ vbi vir vxori relegat, id videtur legare quod in iudicio dotis mulier conſecutura fuerit.

C Qui partem tantum capit propter ſe, poteſt ſolidũ capere propter alium. Bartolus.

XLII. IDEM *libro vndecimo Epiſtolarum.*

Cvm ei [k] qui partem [l] capiebat, legatum eſſet [m] vt alij reſtitueret: placuit ſolidum capere poſſe. [n]

Indefinita ęquipollet vniuerſali, ſecus in oratione particulari: quæ ſi dubia ſit, interpretatur in minorem partem. Bartolus.

XLIII.† POMPONIVS *libro tertio ad Quintum Mucium.*

D SI ita relictum fuerit, *Quãtum* [o] *heres* * *meus habebit, tantum Tithaſo dari volo:* pro eo eſt quaſi ita ſit ſcriptũ, *Quantum omnes heredes* [p] *habebunt.* Quòd ſi ita fuerit, *Quantum vnus heres habebit, tantũ Tithaſo heredes meos dare volo:* minor pars erit accipiẽda, quæ venit in legato.

Relictum in diem debetur ſine fructibus medij temporis ſi gratia heredis fuit appoſitus dies: ſecus ſi gratia legatarij. Bartolus.

B Pegaſus ſolit[9] fuerat diſtinguere, ſi in diem fideicommiſſum relictum ſit, veluti poſt annos decẽ: intereſſe, cuius cauſa tẽpus dilatum ſit, vtrúmne heredis: quo caſu heredem fructũ retinere debere. an legatarij: veluti ſi in tempus pubertatis ei qui impubes ſit, fideicommiſſum relictum ſit. tunc enim fructus præſtandos & antecedentis temporis. Et hæc ita intelligenda [q] ſunt, ſi non nominatim adiectũ eſt, vt cum incremẽto heres fideicõmiſſum præſtet.

C In alternatiua ſummarum vel temporum inſpicitur illud quod minus eſt in obligatione. Bartol.

Si ita ſcriptum ſit, *Decẽ aut quindecim heres dato:* pro eo eſt, [r] ac ſi decẽ ſola legata ſint. aut ſi ita ſit, *Poſt annum aut poſt biennium quàm ego deceſſero, heres dato:* poſt biẽniũ videtur legatum: quia heredis eſt poteſtas in eligendo.

Indefinita æquipollet vniuerſali. Bartolus.

XLIIII. IDEM *libro quarto ad Quintum Mucium.*

SI pluribus heredibus inſtitutis ita ſcriptum ſit, *Heres meus damnas eſto dare aureos quinque:* nõ quilibet heres, ſed omnes [ſ] vi-

---

a *A me herede.* qui vocor Seius.

b *Vxori.* quæ vocatur Titia. Accurſius.

c *Ad ſeium.* teſtator in tertia perſona loquitur de herede & legatario.

d *Fierent.* ſecundum tenorem.l.C.de rei vxo.act.l.vnica.§.ſed nec ob impenſas.

e *Vxori ſuæ.* adiunge. tota dos, &c. qđ eſt.j.

f *Quòd.* i. quia ita leg. &c. ſecus ergo ſi aliter, vt in viro dicit ſtatim.

g *Dotem vxori legauit.* ſimpliciter, nõ ita: quidquid ad me peruenit. tunc enim idẽ quod in extraneo dico. & hoc dicit.s. quòd, id eſt, quia ita le. &c. q.d. ſecus ſi aliter leget, puta dotẽ, ſiue extraneus ſiue vir, vt j.de dote præ.l.j.in prĩ. & ita inter legata tantùm, non perſonas fit differentia: valet autem ſemper legatum dotis ſaltem propter repræſentationem dotis: vt.j. de dot.præl.l.j.§.verum eſt.

h *Hæc enim.* id eſt, ſuper dicto primo caſu ſcilicet in teſtamẽto extranei.

i *Quicquid ad te.* & ita prin.donationis. ſed cũ dico dotem, &c. tunc quod hodie eſt, videor legare, & ſic fit deductio. Sed cõtra.j.de do. præ.l. dote prælegata. ſed hanc ſecundum illam intellige. Itẽ cõtra. j.eod.l. cum filius.§.heres. Solu. hic legatũ dotis valet etiã facta relatione ad præſens: quod ibi non eſſet: & ideo ad principium fit ibi relatio, vt non pereat.

† Videtur leg. quarto. vt in l.109.j. de verb.obl. vel illic legendum vt hic.

* Hic indefinita æquipollet vniuerſali: ſed an in ſtatutis æquipolleat? Videtur velle Balduin. quòd non, in.l.fi. §. in computatione. C. de iure delibe. vide plenè per Bar. in.l. omnes populi.s. de iuſti. & iu. per Alexan. ibid 9. col. circa me. tu adde melius Dy. in rub. de regu.iur. lib.6.gl. & Card. in cle. 1.q.2. extra vt lite non conteſt. Panor. in.c.fi. in fin. extra de coniug. leproſo. & Philipp. Franc. poſt gl. in.c. cum in multis. extra de reſcrip.lib.6.

CVm ei qui.] CASVS. Filio meo naturali qui non poteſt capere à me niſi vnam vnciam filiis legitimis extãtibus, legaui quatuor vncias de hereditate mea, & rogaui eum quòd aliis reſtitueret. certè cum alij debeat reſtituere, totum debet habere. non enim videtur capere illud. Viuianus.

k *Cum ei.* pone exemplum. C.de natu.li.l.ij. vbi naturali filio vnà cum matre relinquitur vncia cum extant legitimi.

l *Partem.* tantùm.

m *Legatum eſſet.* videlicet vltra partem.

n *Capere poſſè.* impropriè dicitur capere. nam cum effectu dicitur: vt.j.de verb. ſigni.l. aliud eſt capere. & facit.s.de inoffi.teſta.l.Papinianus.§.meminiſſe. ibi, eo autem ſo. & c.de vſucap.l.nunquam.§.ij. & s.ſi quis ali.teſt.prohi.l.j.§.ſed ſi. & l.ij.§.ſi fidei eius. & j.ad Trebel.l.cogi.§. hi qui ſolidum. & j.tit.j.l.ſi fidei meæ committatur. & j.ad.l.Falci.l.cum dotem.

SI ita relictum.] CASVS. Inſtitui quatuor heredes, & ita dixi poſtea: Quantum heres meus habebit, tantum volo dari. certè hæc indefinita vniuerſali æquipollet, vt. ſ. quantum omnes habent, teneantur Sticho dare. ſecus ſi ita dixiſſem, quãtum vnus heres habebit, tantum Sticho heredes meos dare volo: quia tunc quantũ habet vnus heredum, tantũ debent inter omnes heredes Sticho dare. Sed quid ſi heredes diuerſas partes habẽt? certè tunc partem illius heredis qui minorem partem habet inter omnes heredes, dabunt Sticho. [PEGASVS.] Reliqui cuidam fideicommiſſum poſt decẽ annos ei præſtandum tranſiuerunt decem anni: vnde ipſe petit fideicõmiſſum cum fructibus medio tempore ab herede perceptis. quæritur, nunquid fructus habere debeat? Et diſtinguitur, aut tem- A pus dilatum eſt in fideicommiſſo pręſtando gratia heredis. & tunc non tenebitur heres ad fructus, niſi ego teſtator nominatim dixiſſem vt heres præſtet. aut gratia legatarij & fideicommiſſarij, & tũc tenebitur ad fructus. & de hoc vltimo ponit exemplũ. [SI ITA.] Inſtitui mihi heredem, & ita dixi. decem aut viginti heres meus dato Titio. heres vult ſoluere decem, & non viginti. certè bene auditur: quia ei[9] eſt electio. & quod dixi in quantitate, idem eſt in tempore. Viuianus.

o *Quantum quis.* aliàs quantum quis heres: & aliàs quintus, &c. & aliàs deeſt vtrumque: & eſt, quantum heres, &c.

p *Omnes heredes.* & eſt ratio ſi habeas, quintus: quia hoc nomen quintus, habet ſignificare de pluribus tantùm: & reſpectu plurium tantùm dicitur: ideóque omniũ heredum vt vnius, quia quilibet poteſt dici quĩtus, portio videtur legata: nomẽ vero vnius de quo ſubiicit, vt ipſum nomen indicat, vni tãtùm, non reſpectu plurium poteſt attribui. ideoque vnius tantùm, & minima propter incertitudinẽ videtur portio legata: vt infra titu. j.l. nummis. & s. tit.j.l. ſi ita ſit adſcriptum. in fi. licèt quilibet heredũ vnus poſſet dici. Azo. Si verò habes, quis, nomẽ eſt infinitum: & ſic omnes comprehẽdit ſecũdum Hug. & facit.j.eo. l.ſi pluribus. in princip. & quod ibi no. & j.tit. j.l. ſi plures. & de regu. iur. l. ſemper in obſcuris. & j.eod.l. Sempronius. & j. de ole.vi.tri. le.l.quidam. & j.titu.j. l.qui concubinam.§.j.

q *Intelligenda.* ſ. quę dicta ſunt in primo caſu. & facit ad hoc.s. de vſur.l.in fideicom.§.cum Pollidius. & j.ti.j.l. quod his verbis. & de op.leg.l.filium. & infra ad Treb.l.mulier.§. ſi heres. & l.in fideicom.§.j. & l.ſi ante. & C.eod.l. poſt mortem. & j.de an.lega.l.eum. & l.liberto.§.filium.

r *Pro eo eſt.* non omninò, quia quindecim non ſunt indebita cum eligi poſſunt: vt in fine huius legis. non tamen eſt veriſimile quòd eligantur: vt hîc, & infra de verbo.oblig.l.ſi ita ſtipulatus fuero decem aut quinque. & l.inter ſtipulantem.§.ij. & s.tit.j.l.ſi quis à fi.§. ſi quis. & l.apud Iulianum.§.Seio. Sed contra.s.eod.l.Lucio. vbi legatario datur electio. Solu. ibi. & eodem modo ſol.s.ti.j.l.planè.§.fi. E & s.eod.l.ſi is qui. & facit infra titu.j.l.qui concubinam.§. cum ita. & j.de re iudi.l.inter pares.

SI pluribus.] CASVS. Inſtitui mihi tres heredes, & dixi: heres meus det Titio quinque aureos. certè hæc indefinita æquipollet vniuerſali, vt omnes heredes ad illa quinque teneantur. [SI ITA.] Inſtitui mihi duos heredes, ſcilicet Lucium Titium, & Publium Mæuium: & ita dixi, Lucius Titius heres meus det Sticho quinque aureos: Publius Mæuius det eidem Sticho quinque aureos. petit Stichus ab vno eorũ quinque, & ab alio alios quinque. certè bene poteſt, niſi Lucius Titius heres à quo fuit primò legatũ, probet legatum eſſe poſtea à coherede ſuo cauſa adimẽdi legatum à ſe relictum. & h.d. Viuianus.

ſ *Sed omnes.* coniunctim & generaliter. nam ſi quilibet eſſet condemnatus, quilibet inſolidum teneretur: vt in ſententia: vt. C. ſi plures vna ſen.l. j. & . ij. Et not. ex hac lege differentiam inter has propo-

propoſitiones: omnes iſti ferunt lapidem, & quilibet iſtorum fert lapidem. nam, quilibet, diſtributionem notat: ſed, omnes, non ſic, ſed magis collectionem. nam ſecundũ Azo. verbum, quilibet, rem de qua agitur, in ſolidũ cuilibet appropriare ſolet. ſecus in verbo, omnes. nec enim ſemper attribuit in ſolidum: vt hîc. nec eſt contra ſupra de hered. inſtitu. l. hoc articulo. quia ibi quemlibet inſtituiſſe oportet vel in ſolidũ, vel pro parte, vt impleatur cõditio. Item not. quòd indefinita æquipollet vniuerſali. ſic. ſ. de pign. act. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. &. ĵ. de verbo. ſignifi. l. in vſu. & facit. ĵ. titu. j. le. ſi plures. & de duob. re. l. reos. §. fina. & ſ. tit. j. l. turpia. §. fina. & l. ſi heredes nominatim.

Quilibet, & omnes, differunt.

a *Quinos*. i. quinque. ſic ergo duplicatur legatũ quãtitatis. & ſic eſt contra. ſ. titul. j. l. planè. §. j. Solu. ſecundum Ro. ibi legata fuit binis vicibus eadem quãtitas ab vno eodémque herede inſtituto: quo caſu non niſi ſemel debetur: niſi contrarium probet legatarius: vt ibi. hîc autem à diuerſis: & ſic debetur bis, niſi pars heredum probet contra: vt hîc. q̃ diſtinctio in corpore legato non habet locum: quia ibi etiã ſi à diuerſis, non debetur niſi ſemel: vt infra eo. l. Luci⁹ §. impuberem. in fin. §. niſi teſtator dicat ab vnoquoq; rem præſtari in ſolidũ: vt ſupra tit. j. l. qd ergo. §. ſi quis duos. Item hoc quàdo in vno teſtamento. ſi autem in diuerſis, dic vt infra eo. l. Sempronius. alij indifferenter dixerũt ſpeciẽ vel quantitatem deberi in ſolidũ, ſi à ſingulis legauit teſtator illam rem vel ſummã. ſecus ſi ab vno nominatim, & poſtea ab aliis legat generaliter: vt. ſ. tit. j. l. ſi tibi. §. j. & facit. ſ. ti. j. l. ſi ſeruo alieno. §. ſi quis à primo. &. C. de leg. l. cum quæſtio. Accur.

*in vulg. eſt turpiſſimũ. † Huius dicti ratione affert Alc. li. 2. Parer. cap. 48.

debũtur dãnati vt vnà quiq; dẽt.

Si vni à diuerſis heredibus quãtitas relinquatur, in dubio ab vtroq; debebitur tota. Bartolus.

Si ita legatũ fuerit, *Lucius Titius heres meus Tithaſo quinque aureos dare dãnas eſto*: deinde alio loco ita, *Publius Mæuius heres meus Tithaſo quinque aureos damnas eſto dare*: niſi Titius oſtẽderit adimẽdi cauſa à Publio legatũ eſſe relictum, quinos [a] aureos ab vtroq; accipiet.

Maſculinum concipit fœmininum: non econtra. Bartolus.

XLV. IDEM *libro octauo ad Quintum Mucium.*

SI ita ſit ſcriptum, *Filiabus meis centum aureos do*: an & maſculini generis & fœmini liberis legatum videatur? Nam ſi ita ſcriptum eſſet, *Filiis meis hoſce tutores do*: reſponſum eſt, etiam filiabus tutores datos eſſe. [b] quod nõ eſt ex contrario accipiendũ, vt filiarum nomine etiam maſculi contineantur. [c] Exemplo enim peſſimũ* eſt, fœminino vocabulo [d] etiam maſculos contineri. †

Ante aduentum diei vel conditionis legatum non poteſt repudiari. Bartolus.

Si ſub cõditione vel ex die certa nobis legatum ſit, ante conditionem vel diem certũ repudiare non poſſumus. [e] nam nec pertinet [f] ad nos antequam dies veniat, vel conditio exiſtat.

Conditio nuptiarum intelligitur de futuris nuptiis: niſi teſtator ignorauerit præſentes. Bar.

B Si pater filiæ ſuæ teſtamento aureos tot heredem dare iuſſerit vbi ea nupſiſſet: [g] ſi filia nupta ſit cum teſtamentum fit, ſed abſente patre & ignorãte, [h] nihilo minus legatũ debetur. ſi enim hoc pater non ignorabat, videtur de aliis nuptiis ſenſiſſe.

Verba præſentis temporis non porriguntur ad debita in diem vel conditionalia, niſi aliud exprimatur. Bartolus.

XLVI. PROCVLVS *libro quinto Epiſtularum.*

SI ſcripſiſſet qui legabat, *Quidquid mihi Lucium Titium dare facere oportet, Sempronio lego*: nec adieciſſet, *præſens in diẽm ve*: non dubitarem, quantum ad verborum ſignificationem [i] attineret, quin [k] ea pecunia comprehenſa C nõ eſſet, cuius dies moriente eo qui teſtamentũ feciſſet, nondum veniſſet. adiiciendo autem hæc verba, *præſens in diẽm ve*: apertè mihi videtur oſtendiſſe eã quoq; pecuniam legare voluiſſe.

Si in duabus ſcripturis principalibus eiuſdem teſtamenti apparent diuerſæ quantitates legatæ: minor debetur. Bartolus.

XLVII. IDEM *libro ſexto Epiſtularum.*

SEmpronius Proculus nepoti ſuo ſalutem: [l] Binę tabulæ teD ſtamenti eodem tempore exemplarij [m] cauſa ſcriptæ, vt vulgo fieri ſolet, [n] eiuſdem patrisfamilias proferuntur. in alteris centũ,

A liud eſt repudiare vt hîc, quàm pacto remittere: vt ibi, & ſupra de pac. l. & heredi. §. filia. Accurſius.

f *Pertinet*. propriè quo ad cõditionale: quia nõ ceſſit vt debeatur, nec vt tranſmittatur: & impropriè quo ad diem, quia ceſſit quo ad vtrumque: vt. ĵ. quando di. leg. ce. l. ſi dies & c. &. C. de cad. tol. §. cũ igitur. &. §. ſin autem. nõ tamen trãſit in me dominium ſtatim: vt not. ĵ. eo. l. antepe. §. fi. & ſic in verbo, potero: vt ſ. ſi cer. pe. l. certi condictio. alij vt. R. dicunt diem cõditionum certã quoad nominationem, non quo ad euentũ. & ſic dicit de incerta die, quæ eſt pro cõditione: vt. ĵ. de condi. & demõ. l. dies. diuerſis ergo reſpectib⁹ dies dicitur certa & incerta: ſic & trãſactio dicitur fieri de re certa & incerta diuerſis reſpectibus: vt. C. de trã ſact. l. ſi de certa. & ſupra de tranſact. l. j. & facit infra de condit. & de mon. l. j. & infra de op. leg. l. homine. Accur.

In vulg. eſt lex, Si ita ſcripſiſſet.

g *Vbi ea nupſiſſet*. id eſt, poſtquam: vel cũ. vel ſi.

h *Ignorante*. quo modo hoc, cum matrimonium nõ valuit ſine voluntate patris: vt inſtit: de nupt. in princip. &. ſ. de ſta. ho. l. Paulus? Rñ. erat emancipata. & facit ĵ. de condit. & demõ. l. ſi iam & l. ſolemus. & l ſi ita legatum. &. C. de inſtit. & ſubſtit. l. ſi quis. Accurſius.

SI *ita ſcripſiſſet*. ] CASVS. Lucius Titius debebat mihi quædam facere & dare purè, quędam ſub conditione, & quædã in diem. ego in teſtamento meo ita dixi: quicquid oportet Lucium Titium mihi dare facere, lego Sempronio. certè non continetur in legato ea pecunia cuius dies nondũ venerat me teſtatore moriente, & hoc euenit propter dictum verbum, oportet. ſed benè cõtineretur in legato dicta pecunia, ſi ita dixiſſet: lego Sempronio quicquid pręſens in diẽm ve Lucium Titium mihi dare facere oportet. Viuianus.

i *ſignificationem*. cui ſtatur, niſi contrarium oſtendatur: vt infra titu. j. l. non aliter.

k *Quin*. id eſt quòd. q. d. non debetur. Sed quid ſi eueniſſet tempore mortis: non autem venerat tempore teſtamenti? Reſpon. nõ debebitur: vt. ĵ. tit. j. l. Iulianus reſpon. §. fin. & de auro & arg. leg. E l. ſi ita. Azo. Sed arg. contra. ĵ. eo. l. ſi ita quis teſt. Sed ibi propter largam ſignificationem verbi, poteſt. Item arg. contra. ĵ. eo. l. cum filius. §. heres. Solu. ibi ne pereat legatum. Item habet ibi principium veritatis: hîc non. Item facit. ĵ. de verb. oblig. l. ſi ſtipulatus fuero. §. j. & l. ſi à colono.

SEmpronius. ] CASVS. Titius fecit teſtamentum, & exemplatus fuit tenor teſtamenti in duabus chartis: & in vna charta inueniuntur legata Titio centum, in alia quinquaginta. certè non debet habere Titius niſi vnũ de illis legatis, & quidem minimũ, Viu.

l *Salutem*. & hanc quæſtionem.

m *Exemplarij*. quia cum vellet ire vltra mare, vel ad bellum, fecit ſcribi duo teſtaméta: quorum vnum portauit ſecum, aliud dimiſit in domo ſua: in quorum vno legata ſunt centum Titio, in alio eidem Titio quinquaginta, debebuntur tãtùm quinquaginta.

n *Solet*. vt. ĵ. de ſecun. tabu. l. j. §. ſi quis. vnum tamen eſt teſtamentum: vt inſtit. de teſta. §. pe.

SI *ita*. ] CASVS. Ita dixit teſtator: Do filiabus meis centum aureos. nunquid eſſe videtur legatum etiam maſculis? Et dicitur quòd non: quia ſub fœminino non continetur maſculinum: ſed econtrario ſic. SI SVB CONDITIONE. Aliquid fuit mihi legatum ſub conditione, vel ex die. certè interim repudiare non poſsũ. [SI PATER.] Ita dixit teſtator: Tibi lego decem aureos cũ nupſeris. ipſa autem erat nupta tempore teſtaméti, & petit legatum: nũquid poteſt? Et certè ſic, ſi teſtator ignorabat eam eſſe nuptam. ſi autem ſciebat, non habebit niſi ſecundo nubat. &. h. d. Viuianus.

b *Datos eſſe*. vt ſupra de teſta. tute. l. ſi quis ita. in prin.

c *Contineantur*. arg. contra. ĵ. de iure patr. l. adigere. in prin.

d *Vocabulo*. quia quod minus dignum eſt, dignius non continet: vt. ĵ. de verb. ſigni. l. j. & l. pronuntiatio. in prin. &. ſ. de ſenat. l. j. & de conſti. pecu. l. j. §. j. &. ſ. de neg. ge. l. iij. &. ĵ. tit. j. l. qui duos. ſed in duobus caſibus non continet: vt. ĵ. de vent. in poſ. mit. l. j. §. ſed ſi incertum. vbi exheredato filio non videtur exheredari filia: quia eſt odioſa exheredatio: vt. ſ. de libe. & poſtu. l. cum quidam. alius. ĵ. de iure immu. l. j. §. fi. vbi data immunitas ex maſculis deſcendentibus, non videtur dari deſcendentibus ex fœminis: & illud, ne infringatur publica vtilitas. Item arg. contra infra de ope. lib. l. ſicut. in princi. &. §. fi.

Dignius ſub min⁹ digno nõ continetur.

e *Non poſſumus*. ſic. ſ. de acqui. here. l. is qui. & l. is poteſt. & infra de ſuc. edic. l. j. §. decretalis. Sed contra habetur. C. de pac. l. j. Sol. a-

a *Aurei.* imò videtur vtrumque : vt.ſ.de proba.l.quingenta.Solu. ibi duarum voluntatum duæ ſcripturæ erant : quæ ſimul poſſunt eſſe veræ, at hîc vnius tantum voluntatis duæ ſcripturæ : quarum vna alteram non patitur, ſed ſeorſum cenſentur. aut enim cētum, aut quinquaginta tantum legata ſunt. Ro. Sed contra. huic ſolutioni.j.de ali.leg.l.libertis. in prin. ſed dic vt.d. l.quingēta.& facit.ſ.tit. j.l.planè.§.j.& ſupra eo. l.ſi ita relictum.in prin.

LIcinnius.] CASVS. Titia dedit mihi in dotem mācipia æſtimata cētum.ego poſtea feci teſtamentū: & ita dixi: do electionem vxori meæ vt accipiat ab herede meo. ipſa vel vult mancipia, quia extant: vel vult cētum, quibus æſtimata fuerunt mācipia.ipſa vult poſtea mācipia, & eorum partus. certè non poteſt habere niſi mancipia. [BONORVM.] Quendam furioſum vel dementem mihi heredē inſtitui, & legata ab eo reliqui. curator eius accepit nomine eius bonorū poſſeſſionem. certè legatarij poſſunt petere à curatore legata. debent tamen ei cauere ꝙ ſi hereditas fuerit ei curatori euicta, reſtituentur ei legata ei ſoluta per eum curatorem. Viuianus.

A in alteris quinquaginta aurei [a] legati ſunt Titio. Quæris, vtrum & quinquaginta aureos, an centum dūtaxat habiturus ſit. Proculus reſpondit: In hoc caſu magis heredi parcendum eſt: ideóque vtrūque legatum nullo modo debetur, ſed tantummodò quinquaginta aurei.

B Fructus & partus percepti conditione pendente, ad legatarium non pertinent. Bartolus.

XLVIII. IDEM *libro octauo Epiſtolarum.*

LIcinnius Lucuſta [b] Proculo ſuo ſalutem: Cum faciat [c] cōditionem [d] in releganda [e] dote, vt ſi mallet vxor mācipia quæ in dotem dederit, quàm pecuniā numeratam [f] recipere: ſi ea mancipia vxor malit, nunquid etiam ea mancipia quæ poſtea ex his mancipiis nata ſunt, vxori debeātur, quæro. Proculus Lucuſtæ ſuo ſalutem: Si vxor mallet mācipia quàm dotem [g] accipere: ipſa mancipia quæ æſtimata in dotem dedit, non etiam partus [h] mancipiorum ei debebuntur.

C Curator qui bonorum poſſeſſionem pro demente accepit, & agnouit: tenetur ad legata cautione recepta. Bartolus.

Bonorum poſſeſſione [i] demētis curatori data, [k] legata à curatore qui furioſum defendit, [l] peti poterunt: ſed qui petent, cauere debebunt, ſi hereditas euicta

b *Licinnius Lucuſta.* aliàs Lucius. Accurſius.

c *Faciat.* maritus, idémque teſtator. dixit enim, lego tibi mancipia quæ in dotem æſtimata mihi dediſti, ſi magis volueris quàm æſtimationē. eſt enim cōditionale: vt ſupra tit.j.l. ſi ita legatum. §.illi. Accurſius.

d *Conditionem.* ſi eligeret mancipia: quę ſi noluerit, eligat pecuniam.

e *Releganda.* aliàs leganda : aliàs prælegenda.& nihil ibi operatur præ: vt infra de do.præleg.per totum.

f *Numeratam.* id eſt æſtimationem factam.

g *Quàm dotem.* id eſt dotis æſtimationem.

h *Non etiam partus.* ſic.ſ.de iure do.l.ſi mancipia.&.ſ. ſolu. matrimo.l.in his.§.ſi mancipia. &.j.tit.j. l.vxorem.§. ſorori.&. C. de rei vxo.act.§. cumq;.ibi, æſtimatarum enim &c.& hæc eſt ratio, quia cum mancipia debeantur ex cauſa legati, non debetur partus niſi à tempore quæſiti dominij ex cauſa legati. quod dic vt. ſ. de vſur. l. Herennius. Sed quid ſi purè huiuſmodi mancipia vir legaſſet? Reſpon. idem : ſed hoc plus eſt in puro legato: quia & æſtimationem dotis & mancipia haberet. Item & in puro ea quę poſt aditam hereditatem naſcerentur, legatarij eſſent. in conditionali, vt hîc erat, ea tantum quæ naſcuntur poſt exiſtentē & conditionē, id eſt declarationē voluntatis.ſ.iſtius vxoris: vt.ſ.titu.j.l.ſi ita legatum. § illi.&. C.de fideicommiſſ.lib.l.cum libertatē. Item contra.j. de pecul.leg. l.fin. ADDITIO. Dic ſecundū Barto. quòd in exercendo vſuras noluerit augere legatum. quia filij nomine fœnus exercuit.

i *Bonorum poſſeßione.* ſecundum tabu. vel aliqua ab inteſtato.

k *Data.* accipit ergo bo. poſ. quę ius tribuit. alioquin quomodo peterentur legata, cum nec eſſet pro eis actio? Reſpon. verè non eſt adquiſita niſi reſipuerit, & tunc velit. vt.C. de cur.fur.l.fi.§.tali. ſed pro quæſita interim habetur antequā furioſus factus ſanæ mentis agnoſcat: vt &. C.de cur.fu.l.fin.§.j. vnde interim petuntur legata: ſed quia verè & incommutabiliter non eſt quæſita, præſtatur cautio: licèt nulla quæſtio moueatur: quamuis R. dicat contra, ſcilicet caueri mota demum quæſtione. Azo.& eſt hæc cautio neceſſaria: vt ſupra qui ſatiſd.cog.l.de die.§.item legatarius.

l *Defendit.* nam ſi non defenderet, non peteretur ab eo : cum ab adminiſtratione remoueatur: vt.C.de procu.l.eum.

MOrtuo.] CASVS. Legauit tibi bouem : & ante diem legati cedentem mortuus eſt bos. non habebis tu legatarius niſi corium vel carnem. [SI TITIO.] In ciuitate Romana eſt quoddam genus mēſuræ in qua frumentum ibi menſuratur, & vocatur teſſera frumentaria: & non eſt alibi illa menſura. Quidam ergo Roman⁹ mihi Bononienſi teſſeram frumētariam legauit: & ita eſt mihi inutile legatum, & videor quaſi non poſſe capere, cum Bononiæ non menſuretur frumentum cum tali menſura. quæritur, vtrum valeat legatum? Et videtur quòd non, quaſi ſub cōditione reliquerit teſtator, ſi eſſet mihi vtilis ad menſurādum. ſed dicitur quòd valet legatum : & dabitur æſtimatio : ſicut daretur æſtimatio militiæ ſi mihi eſſet legata militia, & eam capere non poſſem propter vitium perſonæ meæ. [LABEO.] Aut legatarius ſolus non habet cōmercium rei ſibi legatę: non habet dico, propter ſuū delictum : aut heres ſolus non habet commercium rei à ſe legatæ: nō habet dico quacumque ex cauſa. primò caſu nihil valet legatum, ſecundo ſic : vt ipſa res vel eius æſtimatio detur. Viuianus.

*vide Ant. Aug.li.emẽ. 2.ca.2.

fuerit, quod legatorum nomine datum ſit, redditu iri. *

Quod ſupereſt ex re mihi debita, ante moram perempta non debetur. Bartolus.

XLIX. PAVLVS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

MOrtuo boue [m] qui legatus eſt, neque corium neque B caro debetur.

Legatum cuius æſtimatio debetur, ita ad heredem tranſmittitur, ſicut quando res legata debetur. Bartolus.

Si Titio frumentaria teſſera [n] legata † ſit, & is deceſſerit, quidam putant extingui legatum: ſed hoc non eſt verum. nam cui teſſera vel militia legatur, æſtimatio videtur legata.

†Quid teſſera, & quot modis in iure accipitur Alexan. ab Alex. li. 4. Geni. dier. cap. 2.

C Res cuius cōmercium legatarius propter eius delictum non habet, nō debetur, nec eius æſtimatio : ſecus ſi legatarius habet eius cōmercium, heres non. Bar.

Labeo [o] refert, agrum cuius cōmercium non habes, legari tibi poſſe, Trebatium reſpondiſſe. quod meritò Priſcus Fulcinius falſum eſſe aiebat. Sed Proculus ait, ſi quis heredem ſuum eum fundū cuius commercium is heres non habeat, dare iuſſerat ei qui eius cōmercium habeat: putat heredem obligatū eſſe (quod D verius eſt) vel in ipſam rem, ſi hęc in bonis teſtatoris fuerit: vel, ſi non eſt, in eius æſtimationem.

m *Mortuo boue.* antequā ſit factus legatarij, vt quia ſub conditione legatus deceſſit ante conditionem : vel non erat legantis. alioquin contra.ſ.de rei vindi.l.non ſolum.§.j. vt enim in domo teſtatoris legata & poſtea diruta diſtinguitur an poſt cedentem diē legati, & maximè poſt aditā hereditatem ruat, vt tunc debeatur area quaſi pars rei : vt.ſ.eo.l. ſi areæ. &.j.titu.j.l. ſi chorus.§. area. aliàs ſi ante, ſecus.ſ.titu.j.l. ſi ita legatum.§. ſi domus. ſic & in boue diſtinguitur : vt & arg.j.eo.l. peculium.§.quadrigæ.&.ſ.quibus modis vſusfru.amit.l.quid tamen.§.fina.&.l.ſeq.&.j.de pecul. leg.l.tunc inutile. Alij vt R. dicunt idem quod hîc dicit, etiā ſi poſt aditam hereditatem heres non ſit in culpa vel mora : quod admitto in perſonali, in qua interitu ſpeciei liberatur : vt infra de verbo obliga.l.ſi ex legato. & infra eo.l.antepenult.§. fina. at in rei vindi- E catione ſecus : vt in.d.l. nō ſolum.§.j. & in condic.fur. quæ & ipſa datur domino: vt ſupra de condic.fur.l. ſi ſeruus.§. boue.& facit.ſ. quibus mo.vſusfru.amit.l.pen.&.ſ.titu.j.l. quid ergo.§. ſi heres.

n *Frumentaria teſſera.* [a] erat fortè vas quo ſoli ciues Romani & eo ſolo menſurabant. arg.ſ. de iudi.l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi libertis. iſte autem legauit prouinciali cuidam teſſeram frumentariam : & ſic cum ea menſura metiri nō poſſit, videtur legatum nullum : ſed tamen valet, & debetur æſtimatio. Sed nunquid diſtingues vt in militia de qua ſubiicit? in qua diſtinguitur, ſi legatur ei qui capere non poteſt: aut propter delictū ſuum, & tunc nec æſtimatio debetur : aut propter aliam cauſam, & tunc ſi teſtator ſcit, debetur æſtimatio: aliàs non : vt.j.tit.j.l. fideicom.§.ſi ſeruo. &.ſ. titu.j.l.filiusfamilias.§.ſi quid.& certè videtur idem: vt.j.eo.l. Titia.in princ.& facit.ſ.de iure dot.l.ſi mulier.§. ex aſſe. & ad legem Aquil.l. heres. & infra proxi.§. & ſupra titu.j. non amplius.§. fina.

a] De teſſera frumētaria pulchrè Bud.ſ. de iudi.l. ſed & ſi ſuſceperit.

o *Labeo.* hîc diſtingue vt not. ſupra titu.j.l. ſed ſi res.

a *Munus.* cum cauſa, ſed donum ſine cauſa: vt infra de verbo. ſignifica.l. inter donum. & eſt hæc diſtinctio legis, non teſtatoris: ſed & teſtatoris dici poſſet.

b *Pro portione.* ſcilicet accreſcente quæ eſt hereditaria: vt.C. de cadu.tollen.§.his ita.accreſcit & onus. & ſic loquitur in caducis,& in cauſa caduci, non pro nō ſcriptis: vt.C. de cadu.toll.l. vnica.§.ne autem. in fin. &. §. in pro nō ſcripto. Item referas ad cætera legata,non operis: quia illud inſolidum quéque obligat:vt infra de verbo. oblig.l. ſtipulationes non diuiduntur. &.ȷ.tit.j.l.fideicom.§. pen. vel ſit opus pro parte, ſed non contigit liberatio niſi facta alia parte.& facit.ſ.tit.j. l. ſi duobus.§.heres.&.l. ciuitatibus.§.penul.&.ſ. titu.ij. l. ſed cum ea.

ſcilicet glo diatorium Alcia. lib. 2. parer. ca.22.

**V**T *heredibus.*] CASVS. Sicut heredibus meis poſſum ſubſtituere alios, ita legatariis & illis quibus mortis cauſa dono, poſſū ſubſtituere. Viuianus.

[SI TITIVS.] Titius debebat mihi Stichum, aut decē, & ſic erat ſua electio: ego legaui tibi dictum Stichū: poſtea Titius debitor ſoluit heredi meo decem: & ita eſt liberatus à Sticho. Certè extinguitur legatum de Sticho. Sed retento eodē themate, ſi alij Stichum legaui, alij decē, & Titius debitor electionem habens ſoluat heredi meo decem: valet legatū de decem, & extinguitur legatum Stichi: & ſi ſoluat Stichum heredi, valet legatū Sthichi: & extinguitᵉ legatū de decem. [CVM ITA.] Titius mihi.c.debebat.ego feci teſtamētum, & ita dixi: quantā pecuniā heres meus exegerit à Titio, tantā det Mæuio. certè legatarius Mæuius poteſt agere contra heredem meum, vt heres præſtet ei actiones contra Titium. non enim iudicatur legatum conditionale: quia tunc non poſſet agere legatarius, niſi heres exegiſſet pecuniam à Titio. Viuianus.

In vulg. eſt lex ſi. Si Titius.

†De relatiuo quantā, & aduerbio quanti, quo modo ponatur,& aliquādo pro numero quot, vide ad longū per Bar.in.l. ſi ſic legatū. in prin.ſ. de leg.1.& per eundē in.l.j. infra de cōdi.& demō.

Portio hereditatis deficiens adcreſcit cum onere pro rata. Bar.

Si teſtator dari quid iuſſiſſet, aut opus fieri, aut munus [a] dari: pro portione [b] ſua eos præſtare, quibus pars hereditatis adcreſceret, æquè atque cætera legata, placet.

Heredibus legatariis & donatariis cauſa mortis poteſt ſubſtitui. Bartolus.

L. MARCELLVS *libro vicenſimooctauo Digeſtorum.*

**V**T heredibus ſubſtitui poteſt, [c] ita etiā legatariis. Videamus an idem fieri poſſit & cū mortis cauſa donabitur: vt id promittat ille alteri, ſi ipſe capere nō poterit. [d] Quod magis eſt: quia in poſterioris quoque perſona donatio confertur. [e]

Si legatū vna ex rebus alternatiuè debitis: euentus ſolutionis declarabit an legatū valeat. Bar.

Si Titius mihi Stichum aut decem debeat, [f] & legauero tibi Stichum quem mihi [g] debet: placet extingui legatum decem ſolutis. Et ſi diuerſis, alij decem, alij Stichus legatus fuerit: [h] ex euentu [i] ſolutionis legatū valet.

Relatiuum quātitatis coniunctum verbo futuri tēporis, in dubio cōditionem non facit. Bar.

Cum ita legatum eſt, †*Quantā pecuniam heres meus à Titio exegerit, tantam Mæuio dato*: ſi ſub conditione legatum eſt: antequā exacta pecunia ſit, legatarius agere non poteſt. [k] quod ſi ſtatim dies legati cedit: [l] vt Publicius rectè

exactio & ſpontanea ſolutio tollit hoc diuerſum. Tertij dicunt ex euentu: quia ſi mihi ſoluatur, non debetur, ſed heredi meo ſic.prima placet: & ſi ſoluatur mihi, non diſtinguitur quis habeat electionem. Si verò ſoluatur heredi meo: diſtingue vt dixi.ſ. titu.j.l. quòd ſi quis. Item eſt contra.ȷ.tit.j.l.fideicōmiſſa.§.ſi rem.Solu. hîc ſponte obtulit debitor, vt ibi diſtinguitur,& patet ex prædictis. vel ibi nomen fuit legatū: vnde exactū debetur quaſi olim debitum, ſi conſeruetur.hîc vero res alternatiuè debita fuit legata, vnde alia ſoluta nec iſta videtur fuiſſe debita. ius ergo quod in ea habuit, legaſſe videtur: vt.ſ.titu.j.l. ſi domus.§. fin. & facit.ȷ. de lib.leg.l.nō ſolùm.§.j.

putat, legatarius agere poteſt vt actiones præſtentur.

Verbum, poteſt, eſt extēſiuum: & ideo licet ſit præſentis temporis, porrigitur ad futura. Barto.

LI. VLPIANVS *libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.*

**S**I ita quis teſtamento ſuo cauiſſet, *Illi, quantum plurimum per legem accipere poteſt, dari volo:* vtique tunc, cùm quando [m] capere poterit, videtur ei relictū. Sed & ſi dixerit, *Quam maximam partem dare poſſum,* [n] *damnas eſto heres meus ei dare*: idem erit dicēdum.

Ciuiles filij conditionem non implent. Vel aliter: Ad implemētum conditionis non ſufficit ciuiliter factum. Bartolus.

Is cui in tempus liberorū tertia pars relicta eſt, vtiquè non poterit adoptando tertiam partem conſequi. [o]

Non debet de habilitate perſonæ diſputari ſeparatim ab alia lite. Bartolus.

LII. TERENTIVS CLEMENS *libro tertio ad legem Iuliā & Papiā.*

**N**On oportet [p] prius de conditione cuiuſquam quæri, quàm hereditas legatúmve ad eum pertineat. [q]

Si legatum ab vno herede relictum animo compenſandi cum debito, deficiat: ille heres illius debiti onus ſuſtinet: & debitum quod quis inſolidum ſuſtinet, in totum computat in imponenda ratione Falcidiæ. Bartolus.

LIII. IDEM *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

k *Non poteſt.* vt infra de condit.& demōſt.l. qui heredi.§. fina.

l *Cedit.* & ita dicas purum. Sed quid ī dubio? Reſpon. præſumo purū, vt hîc dicit,& ſupra eo. l. omnia.&.ȷ.de cōdi.& demon.l.j.in princip.& de regu. iur. leg. in omnibus.

**S**I *ita quis.*] CASVS. Ita dixit teſtator, lego Titio tantum quantum poteſt capere ſecūdum leges. Vel ita, lego Titio tantum quantum ei dare poſſum ſecundū leges. certè etiam ſi tūc non poteſt capere, ſi tamen poterit capere tempore procedente, illud quod poterit capere, videtur ei relictum. [IS CVI.] Tertiam partem hereditatis meæ legaui Titio cū liberos habuerit. ipſe Titius adoptauit ſibi filios quoſdā, vt conſequi poſſet legatū. certè nihil valet ei vt legatum habere poſſit. Viuianus.

m *Quando.* id eſt quādocunque. Et no. quòd hęc benignitas cōtingit propter duo. Primò propter verbū poteſt, quod eſt extēſiuum [a] ad futura, licet ſit præſentis tēporis: vt hic & ſupra de cōdic. cau. da.l. quod ſeruus.in fi.& infra de verbo.obliga.l.continuus.§.cū quis.& ſupra de heredi.inſtit.l.ſi alienum.§.j.& facit infra de condit.& demonſtra.l. eum qui. Secundò vt res non pereat: vt arg. ſupra eo.l. Titia.§.j. aliàs præſens tempus teſtamenti inſpiceretur: vt.ſ. de iniuſto teſta.l. cū in ſecundo.§. quod ſi ad præſens.& infra de auro & argen.lega.l. ſi ita ſcripſiſſet.& infra de verbo.obliga.l.continuus.§.cū quis.& ſupra de heredi.inſtit.l.ſi alienum.§.j.& facit infra de condit.& demonſtra.l. eum qui.

a] Concord. gl. in.cle.2. vbi etiā bo. tex. de cele. miſ.& in ca. conſuluit. extra de offic.lega.& in cle. auditor. de reſcript.

c *Poteſt.* directò & per fideicommiſſum ita legatariis vt inſtitu.de ſing. re. per fideicom.relict.§.j.

d *Non poterit.* ſcilicet ſub hac cōditione, vel ſub alia: vt.ȷ.de dona. cau.mor.l.ſi cui.idem ſi ſine cōdi.& ſine ſtipu.vt.ȷ.de do.præ.l.Seia.in fin.& no.C.de dona. cauſa mor.l.j.& not. pmittit.vt enim in donatiōe obligatur donās cauſa mortis ſecundū Azo.quaſi ob cauſam dans vel donans, ſi licet vt ſi moriatur: vt colligitur.ȷ.de dona cauſa mor l.ſenatus.§.dona.&.§.fi.ita & is qui ſubſtituitᵉ ſubſtituto.

e *Confertur.* per obliquum.

f *Debeat.* ex ſtipulatione.

g *Mihi.* ſcilicet teſtanti: vel heredi meo, ſi heres non habet electionem: vt.ſ.ti.j.l. ſi fi.§.fi.&.l.quod ſi quis.&.l. non quocumque.§. qui Gaium.

h *Legatus fuerit.* à me, cui debeatur alterum eorū. & dic ex diuerſo: quia.ſ.vni,& vnum, hîc duo, & duobus legauit. Item.ſ. ſolum vnum ceſſauit tantum: hîc fecit vnū valere, alterum annihilauit.

i *Ex euentu.* Si enim mihi Stichus ſoluatur, valet in eo legatum, & non in decē. idem econtra. ſic ergo rei ſolutæ duntaxat tenet legatum, niſi probetur ꝙ teſtator pœnituit. Alij dicunt econtra, vt rei exactæ non teneat legatum: niſi ex coniecturis contra pateat: ſed

n *Poſſum.* inſpecta ſua capacitate legatarij.

o *Conſequi.* non ſufficit ciuiliter fieri. ſic.ȷ. de condi. & demon.l. fideicom.&.ȷ.de verbo.obliga.l.ex cauſa.§.inſulam,&.C.de iis qui ve.ætа.l.fina. Sed arg. contra.C.de inſti. & ſubſti.l. ſi mater.

**N**On *oportet.*] CASVS. Legaui Titio decem, vel inſtitui eum heredem. certè vtrum capere poſſit hereditatem vel legatū, vel non poſſit: debemus inſpicere illud tempus quo poſſit ad eum pertinere hereditas vel legatum: & ſi tūc eſt capax, habebit, etiam ſi prius non fuit capax. ſi autem tunc non ſit capax, illud non habebit, etiam ſi prius fuit capax. illud autem tēpus eſt quando morior ego teſtator. Viuianus.

p *Non oportet.* id eſt, non expedit.

q *Pertineat.* i. pertinere poſſit, vel ſit poſſibile: vt quia teſtator deceſſit, non ante: vt ſupra ad legē Aquiliam.l. inde Neratius.§.idem Iulianus ſcrib. & tunc ergo, id eſt tempore mortis quæretur de eo tempore, & de præcedenti, id eſt inſtitutionis. ſed & tempore adi-

tionis debet eſſe capax. quod dic vt not. inſtitut. de heredum qualita.& diff.§.in extraneis. & ſupra de here.inſtit.l. ſi alienum.§.j. & infra de reb.dub.l.ſi cognatis.& facit ad hoc infra de iure fiſci.l. nō intelligitur.§.quādo.& infra titu.j.l.j.§.j.&.l.ſi deportati.& infra de condit.& demon.l.heres.& ſupra tit.ij.l. quidā.vbi dicit,eſſe enim debet cui detur,deinde quęri an datū conſiſtat.

CVm ab vno.] CASVS. Tres heredes mihi inſtitui, & vxori meæ à qua.c. in dotem habueram, legaui fundum in cōpenſationem dotis ab vno ſolo de heredib⁹: vnde ipſa habet electionem vtrū petat dotem, vel legatū. vult ipſa nunc dotē. quæro, vtrum ſolus heres legato grauatus debeat pręſtare ei dotem, an verò omnes heredes? Et dicitur quòd ille ſolus: & ſi dos eſt plus quàm legatum, ad illud plus cum aliis cōmuniter tenebitur: & idem eſt ſi eam heredem inſtitui animo compenſandi ei dotem, & ei ſubſtitutum dedi. nam ſi repudiet hereditatem,& dotem ſuā potius habere velit, dabitur ei actio de dote cōtra ſubſtitutum ſuum. Sed pone in primo caſu huius.l.quòd ab illo herede qui fuit grauatus de legato vxori dando, fuerunt etiam aliis legata relicta,& tot quòd ſoluta per eum vxori dote,& aliis legatis ſolutis, remanet ei quarta pars ſuæ partis hereditatis. nunquid poterit detrahere de aliis legatis Falcidiam? Et videtur quòd non: quia nomine duorum ſuorum coheredum ipſe ſoluit vxori duas partes dotis. ergo ipſi videntur ſoluere. ſi ipſi ſoluere videntur, ergo videtur ſoluere tantum tertiam: vnde non habet locum lex Fal. ſed verius eſt vt detrahere poſſit Fal. & totam dotem in ſuo ære alieno computare,cum ipſe ſolus eam ſoluat: vt dictum eſt. Viuianus.

† aliàs in vulg. legitur valdè.

CVm ab vno herede mulieri pro dote compenſandi animo [a] legatum eſſet, eaq; dotem ſuam ferre, quàm legatum maluerit: vtrum in omnes heredes, an in eum ſolum à quo legatum eſt, actio ei de dote [b] dari debeat, quæritur. Iulianus in eum primum à quo legatū ſit, actionem dandam putat. [c] Nam cum aut ſuo iure, [d] aut iudicio mariti [e] cōtenta eſſe debeat: æquum eſſe, eum à quo ei maritus aliquid pro dote legauerat, vſque ad quantitatem legati onus huius æris [f] alieni ſuſtinere, reliqua parte dotis ab heredibus [g] ei præſtanda. Eadem erunt dicenda [h] ſi heres inſtituta [i] pro dote omiſerit hereditatem, vt in ſubſtitutum [k] actio detur. & hoc verum eſt. Sed de legatis, & legis Falcidiæ ratione bellè † dubitatur, vtrum is in quem ſolum dotis [l] actio detur, legata integra ex perſona ſua [m] debeat perinde, ac ſi omnes heredes dotem præſtarent: an dotem totam in ære alieno computare, quia in eum ſolum actio eius detur. quod ſanè magis rationem habere videtur. [n]

a Compenſandi animo. alioquin vtrumque conſequi poſſet ſublato interdicto de alterutro. vt.C.de rei vxo.act.§.ſciendum.

b De dote. quæ vocatur ex ſtipulatu: vt inſti.de actio.§.fuerat.

c Putat. ex ſtipulatu: vt ſupra & infra hac.l. ſi mulier vult: non aliàs. ſed hoc quomodo, cū omnes heredes pro portionibus hereditariis teneantur: vt.s̃.titu.j.l. ſeruo legato.§. ſi teſtator. & infra titu.j.l. nomen.§.vni.& ſupra fami. erciſcun.l.ſi filia.&.C.de pact.l. pacto? Reſponſio. ſpeciale in dote cauſa vitandi circuitus: vt arg.s̃. de condic. indebi.l. dominus. Alij dicunt dari in eum actionem non directò, ſed per obliquum: quia conuenientur heredes omnes actione de dote, & cæteri conuenient iſtum actione fami. erciſ. vt ſupra fami. erciſcun.l. ſi filia.§.j.&.§. Papinianus.&.§.fina.& leg.his conſequenter.§. ſed ſi monumentum. vel dicas actione ex teſtamento.

d Suo iure. ſcilicet dotis: quo tenentur omnes heredes.

e Mariti. quia tenetur vnus ſolus.

f Onus æris. Not. vnum heredem ſolùm grauari. ſic econtra exoneratur vnus tantùm: vt.s̃.titu.j.l. ab omnibus.

g Ab heredibus. iſto & aliis: ad quod eſt.j̃.titu.j.l. nomen.§.vni.

h Eadem erunt dicenda. ſcilicet vt ſit contenta iudicio defuncti, vel ſuo iure: vt.C.de here. inſti.l. ſi compenſandi.

i Inſtituta. vel ſola, vel cum alia.

k In ſubſtitutum. ſcilicet ei mulieri.

l Dotis actio. ſcilicet ex ſtipulatu: vel dic ex teſtamento nomine dotis: vt ſupra dixi.

m Ex perſona ſua. puta duo ſunt heredes Titius & Mæuius: vnuſquiſque habet.xij.lib. Bon̄. pro ſua dimidia. à Titio legati ſunt.xl. ſolidi Bon̄. vni, & xl. ſolidi Bon̄. alij.octo ſunt in dote: in quibus Titius tantùm eſt grauatus. ſi Mæuius præſtaret tantùm partem ſuam de dote, Titius præſtaret integra legata, & dimidiam dotis: A quæ dimidia ſunt.iiij.lib.Bon̄. cum Fal. habeat: & plus, cum habeat.iiij.lib. Bon̄. ſic ergo habet plus Fal.xx. ſoli. Bon̄.cum tres lib. ſint quarta de.xij. libris.hîc ergo vbi Titius ſoluit totum, idem videbatur: quia nomine Mæuij facit: ergo Mæuius videtur ſoluere. ſed nō eſt ita. computat enim totam dotem in ære alieno,habito reſpectu ad mulierem: non ad coheredem, cui videtur legatū. & ita de legatis. ſ. de.iiij. lib. Bon̄. detrahit Fal.tantùm,nō de aliis octo quæ ſunt dos, & debentur vt æs alienum, ſecundū Azo.

n Videtur. vt cum Titius eſſet inſtitutus in dimidia hereditatis, quæ dimidia valebat.xij. lib. Bon̄.& grauatus ad dotem,quæ eſt octo:& ad legata quæ valebāt.iiij. lib. Bon̄.vni.xl. alteri alia.xl. & ſic ad totam dimidiā:deductis. viij.lib. Bon̄. pro dote dandis à Titio, remanent.iiij.lib. Bon̄. penes Titiū: & de his.iiij.habet ſoluere legata.& ſi ſoluerit legata quę ſunt.iiij.nihil penes eum de ſua parte. i. xij. remanet. ergo deducet Fal.de his.iiij.legatis,nō de octo: quæ octo vt æs alienum deducuntur. Accurſius.

Valet legatum rei vendendæ pro iuſta ęſtimatione. Bartolus.

LIIII. IDEM libro tertiodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

SI cui fundus centum dignus legatus fuerit: ſi centum heredi B vel cuilibet alij dederit, vberrimum [o] videtur eſſe legatum. nam aliàs intereſt legatarij fundum potius habere quàm centū. Sæpe enim confines [p] fundos etiam ſupra iuſtam æſtimationem intereſt noſtra adquirere.

LV. GAIVS libro duodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

SI † Titio & mihi eadē res legata fuerit,& is die cedento [q] legati deceſſerit me herede relicto, & vel ex mea propria cauſa vel ex hereditaria legatum repu- C diauero: magis [r] placero [ſ] video partem [t] defeciſſe.

† aliàs in vulg. Si mihi & Titio.

Hereditas repreſentat perſonā defuncti,non heredis. Barto.

Si eo herede inſtituto qui vel nihil vel non totum capere poteſt, [u] ſeruo hereditario legatum fuerit: tractantibus nobis

SI cui.] CASVS. Fundum valentem centum legaui Titio ſi Titius daret alicui cētum: nūquid valet legatum? Et certè ſic, ſi legatarij intereſt aliquo modo dictum fundum habere: puta quia erat vicinus aliis eius fundus, vel aliis modis intereſt eius. aliàs non valeret. Viuianus.

o Vberrimum. vt & infra ad legem Falcidiam.l.ſi fundum.in prin. Sed contra ibi in leg.j. & ſupra titu.j.l. ciuitatibus.§. fina. vbi ple- D nè ſolui.

p Confines. & ratione conſanguinitatis: vt ſupra de mino.l. ſi in emptione. & de tu. & ratio. diſtra.l.j.§. ſed nonnullos. & ſupra titu.j.l. & ſi æquo.& infra de bo.lib.l. libertus qui ſoluendo. & arg. ſupra man.l.cum ſeruus.

SI Titio.] CASVS. Mihi & Titio legauit Seius fundum: & Titius die legati cedente moriens inſtituit me heredem. ego autem meam vel hereditariam partem repudiaui.certè illam partem quā repudiaui,non habebo tanquam meæ perſonæ debitam: licèt habeam eam quia accreſcit alteri parti quam non repudiaui. [SI EO HEREDE.] Titius inſtituit ſibi heredem Seium non capacem: poſtea Gaius fecit teſtamentum, & ſeruo hereditario Titij legauit.c. certè propter dictum ſeruum acquiritur legatum hereditati Titij quæ iacet, & per cōſequens illi qui poſtea heres extiterit ſi totum poteſt capere: aliàs pertinet ad eum pro ea parte quam capere poteſt, & ſuperfluum ad heredes Titij venientes ab inteſtato: & ſi nil E capere poteſt, totum habebunt legatarij. Viuianus.

q Die cedente. idem & non cedente die: quia tunc & deficit & accreſcit: vt habetur.C. de caducis tollen.§. pro ſecundo. ſed de die ideo dicit, quia tunc demum repudio quod delatum eſt: ante nō: vt infra ſequitur. & ſupra eo.l. ſi ita.§.ſi ſub conditione.

r Magis. electinè ponitur.

ſ Placere. ſapientibus.

t Partem. repudiatam, quæcūque ſit illa, aut quicumque delata: ſed tamen accreſcit alteri parti non repudianti: vt.s̃.titu.j.l.ſi mihi & tibi. quæ eſt contra, &.s̃.eo.l.ſi duobus ſeruis. Alij dicunt quòd erat ibi legatū vt vterq; haberet inſolidum, hîc viriliter: quod eſſe poſſet. vt.s̃.tit.j.l. ſi pluribus.ſed non placet: quia tunc non accreſceret, quod lex illa contraria dicit: ſed ex ſe haberet: vt dicta.l. ſi pluribus.&.C.de cadu.toll.§.ſi vero nemo. Accurſius.

u Capere poteſt. qui multi ſunt: vt not.inſtitu.eo.§.legati.

Capacitate.

a *Capacitate.* eſſe enim debet perſona cui detur: deinde quæri an datum conſiſtat: vt ſupra titu.ij.l.quidam.
b *Heredis.* qui non eſt capax.
c *Defuncti.* qui eſt capax.
d *Hereditati.* velut dominæ: vt.ſ. titu. j.l.legatum.§.ſeruo legato. hîc ſecus in hereditate ei relicta & vſufru. vt infra de acqui. re. do. l. hereditas. licèt inſtitui poſſit: vt.ſ. de here.inſtit.l.ſi ſeruus. Item con tra.ĵ. e.l. debitor. §. ſeruo.ſed ibi erat viuẽs do minus.Item contra.ĵ. de noua.l.nouatio. vbi heredis perſonam obtinet hereditas. So. ibi. ADDITIO Dic ſecundum Barto.quòd iacente hereditate perſonam defuncti repræſẽtat: vt hîc &.l.mortuo de fideiuſſo.& ea adita retro fingitur repræſentaſſe perſonam heredis: vt.l. heres quandoque. de acqui.heredi.&.l. ſi ex rebus.in fi de ſtipu.ſer. cũ concor.quæ fictio non habet locum niſi pro ea parte pro qua quis poteſt ſuccedere: vt hîc patet.
e *Accipere poteſt.* de hereditate in qua eſt ſeruus legatarius.
f *Pars.* illi⁹ legati. Azo.
g *Vocantur.* ſcilicet ad hereditatis partem quã hîc inſtitutus capere vetatur: & ſunt iſti coheredes vel ſubſtituti, vel vxor, vel fiſcus. & facit ſ.de here.inſti. l.non mi nus.§.j.

† Vide hac de re Vlp.in fragm.

de capacitate, [a] videndum eſt vtrum heredis, [b] an defuncti [c] perſona, an neutrius ſpectari debeat. Et poſt multas varietates placet, vt quia nullus eſt domin⁹ in cuius perſona de capacitate † quæri poſſit, ſine vllo impedimẽto adquiratur legatum hereditati: [d] atque ob id omnimodò ad eum pertineat, quicũque poſtea heres exſtiterit, ſecundum quod accipere poteſt: [e] reliqua autem pars [f] ad eos qui iure vocantur, [g] venit.

Relictum ſub nomine dignitatis, tranſit ad ſucceſſorem in dignitate, ſi dignitatẽ quis habebat per ſe: ſecus ſi per conſequentiã alterius.h.d.cum.l.ſeq. Bartolus.

LVI. IDEM *libro quartodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

Qvod principi relictũ eſt, qui antequã dies legati cedat, [h] ab hominibus [i] ereptus eſt: ex conſtitutione diui Antonini ſucceſſori eius debetur.

LVII. IVNIVS MAVRICIANVS *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI Auguſtæ legaueris, & ea inter homines eſſe deſierit, [k] deficit quod ei relictum eſt: ſicuti diuus Hadrianus in Plotinæ, † & proximè imperator Antoninus in Fauſtinæ † Auguſtæ perſona conſtituit, cum ea ante inter homines eſſe deſiit, quã teſtator decederet.

† Coniugis ſcilicet Traiani.
† i. coniugis ſuæ.

Qvod principi.] CASVS. Legaui imperatori.c.& ipſe deceſſit ante diem legati cedentem, id eſt ante mortem meã: certè ad ſequentẽ imperatorem trãſmittitur. ſecus autẽ eſſet in Auguſta cui legatũ eſſet.&.h.d.l.ſeq. Viuianus.

Qui agnoſcit partem, videtur agnoſcere totum legatum.Bar.

LVIII. GAIVS *libro quartodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI cui [l] res legata fuerit, & omnino aliqua ex parte volue-

h *Cedat.* loquitur de iure veteri, ſecundũ quod cedebat dies legatorum ab apertura tabularum, niſi in parentibus & liberis: vt.C.de cadu. tollen.§.j.& niſi in principe: vt hîc. & ſecundũ hoc dic, cedat.ſ.ante apertas tab. hodie verò cõmuniter à die mortis: vt.d.l.C. de cadu.tollen.§. cũ igitur. Vel dic hîc loqui etiam ſecũdum noua iura. & ſecundum hoc dic, cedat ſcilicet antequã decedat teſtator: ſed poſt teſtamentum: quo caſu priuatus non trãſmittit: princeps ſic: vt.C.de cadu.toll.§. pro ſecundo.& hîc.& ſecundum vtraque poſitionem eſt contra.C.qui teſta.facere poſſ.l.cum heredes.vbi dicit cõmuni iure eos viuere. Sol. ibi quo ad teſtamenti ſolemnitatem: hîc quo ad tranſmiſſionem. Item contra.ĵ.l. proxi. Solu.ibi.
i *Ab hominibus.* aliàs, ab omnibus: & aliàs ab hominibus.
k SI *Auguſtæ. Deſierit.* aliàs, deficit. contra.ſ.l. proxi.nam cum eadem deberet habere priuilegia Auguſta, quæ princeps: vt ſupra de legi. & ſenatuſcon.l. princeps. &.ĵ. de iure fiſci.l. ſi fiſcus.§. fi. hic non habet. Sol. hîc eſt pro non ſcripto. ſuperior.l. in cauſa caduci. & ſecundum hoc dic hîc, antequã teſtator decederet ſubaudi, & antequam faceret teſtamentum. vel tu dic eadem priuilegia, ſed non omnia. nam nec legis condendæ.

SI *cui.*] CASVS. Legaui tibi fundum. tu vis habere medietatem tantũ. certè non potes. Viuianus.
l *ſi cui.* facit.ſ. ti.j.l. legatarius. &.ſ.e l.ij. &.iiij.&.v.&.vj.& ſ. de ff. Infort.

A acqui. he.l. ſi ex aſſe. &.C. de iure delibe.l. quidam. vbi plenè notaui.

SI *mihi.*] CASVS. Titius legauit mihi purè fundum Sempronianum: & eundem ſub conditione ſeruo meo legauit: & ita niſi repudiarem, acquiſitus eſt mihi totus. ſ. propter me medietas, & propter ſeruum meum alia medietas.ego repudiaui meã medietatem: & adueniente cõditione ſub qua legatum fuit ſeruo meo, volo habere partẽ quam habeo propter ſeruum.certè inſpecta mea perſona deficit pars mea: ſed inſpecta parte quam non repudiaui, debet adcreſcere pars quã repudiaui, & totum debet eſſe legatũ meum: & hoc eſt verius & æquius. & idẽ eſt in re legata duobus meis ſeruis, cũ partem per vnum adquiſitã repudia ui, & aliam non. Viuia.
m *Legata ſit.* in eiuſdem teſtamento. Io. aliàs nõ diceret infra partẽ deficere, cum totum deficeret ex vno teſtamento, & totũ peteret ex alio.
n *Reſpõſum eſt.* & benè vt nec ad me pertineat niſi per ius adcreſcendi: & hoc eſt, niſi &c. Azo. & no. ſ. eo.l. ſi Titio & mihi.
o *Viuat.* ſ. apud me nõ alienatus exiſtente conditione: vt.ĵ. quando di. le.ce.l. ſi vſuſfru.§.fina.
p *Meũ.* partim iure meo partim iure adcreſcẽdi: quia pars deficientis alteri adcreſcit.
q *voluerim.* aliàs voluerit, ſcilicet teſtator.
r *Duobus.* facit.ſ.eod.l. ſi duobus.

† Limitabis per iſtũ tex. l.legatarius ſ.proxi. quã do dicebat quòd legata rius nõ poterat ꝓ parte accepta re, & pro parte repudiare legatũ de quo vide in.l.neminẽ. ſ.eo.

* Sic Flo.ſed in vulgat. & in omnibus meis manuſcr.legitur, voluerit: qđ videtur rectius.

rit ſuam eſſe: totam adquirit.

Poteſt quis ex perſona ſua repudiare, & ex perſona ſerui agnoſcere. Bartolus.

LIX. TERENTIVS CLEMENS *libro quintodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI mihi purè, † ſeruo meo vel purè vel ſub conditione eadẽ B res legata [m] eſt, egóque legatum quod mihi datum eſt, repudiem: deinde conditione exiſtente id quod ſeruo meo legatum eſt, velim ad me pertinere: partem legati deficere reſponſum [n] eſt: niſi ſi quis dubitet, an exiſtente conditione ſi ſeruus viuat, [o] omnimodò legatũ meum [p] fiat, quod ſemel ad me pertinere voluerim. [q] * quod æquius eſſe videtur. Idem eſt & ſi duobus [r] ſeruis meis eadem res legetur.

Si fideicõmiſſum deficit, legatum remanet penes legatarium, & ad heredem non redit. Bar.

C

LX. VLPIANVS *libro ſextodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

IVlianus ait: Si à filio herede legatum ſit Seio, fideiq; eius [ſ] cõmiſſum fuerit ſub conditione [t] vt Titio daret, & Titius pendente cõditione deceſſerit: fideicõmiſſum deficiẽs [u] apud Seiũ [x] manet, nõ ad filium heredẽ pertinet: quia in fideicõmiſſis potiorem cauſam habere eum cuius D fides [y] electa ſit, ſenatus voluit. *

Si portio non grauata accedit grauatæ, fit cõtributio, & legata ſolida præſtantur. Bartolus.

LXI. IDEM *libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI Titio & Mæuio heredibus inſtitutis, qui quadringenta

IVlianus.] CASVS. Inſtitui mihi heredem filiũ meum; & legaui Seio decem, & rogaui Seium vt dicta.x.daret Titio ſub cõditione ſi nauis ex Aſia venerit.pendente cõditione Titius deceſſit: & ita antequã dies fideicõmiſſi cedere

* Legi ſcilicet Papiæ derrogãdo.

ret: quare defecit in eius perſona fideicõmiſſum certè non redibit ad heredem: ſed Seius retinebit. Viuianus.
ſ *Eius.* ſcilicet Seij.
t *Conditione.* ſcilicet aliqua.
u *Deficiens.* deficit enim: vt.ſ.eo.l. ſi pecunia.§.quod ita. Accur.
E x *ſeium.* qui non vt miniſter tantũ fuit electus: vt.ſ.eod.l.ſi quis Titio. & infra titu.j.l. pater.§. Tuſculanus. & ſupra eod.l. ſi quis quos.& dic vt ibi nota. in.l. ſi quis Titio.
y *Fides.* non vt miniſter tantũ, vt dixi.& facit.ĵ. de ali.lega.l.pecuniæ. Arge.contra.ĵ. de adi.leg.l.filio.§.j.

SI *Titio.*] CASVS. Seius habens in bonis.cccc.inſtituit ſibi heredes Titium & Mæuium, & à Titio ducenta legauit: & poſtea dixit: quiſquis mihi heres erit, det Gaio.c. Mæuius poſtea hereditatem repudiauit: & ita Titius habet eam totã.certè omnia trecẽta ſoluet Titius legatariis. [IVLIANVS.] Cum duos ab inteſtato heredes habere ſperarem, ab vno eorum fideicõmiſſum Titio reliqui in codicillis. me mortuo grauatus fideicõmiſſo repudiauit ſuã partem hereditatis, & ſic accreuit coheredi ſuo. nunquid coheres tenetur præſtare Titio dictum fideicommiſſum? Et Iulianus dixit quòd non, & malè. veriſimile eſt enim quòd teneatur, ſicut ſubſtitutus tenetur præſtare legata relicta ab inſtituto. Viuianus.

relinquebat, [a] à Titio ducẽta legauerit:&quiſquis heres eſſet,cẽtum: [b] neque Mæuius hereditatem adierit: trecenta Titius debebit.

Portio deficiens adcreſcit cum onere, etiam ſuccedẽtibus ab inteſtato. Bartolus.

B Iulianus quidem ait, ſi alter ex legitimis [c] heredibus repudiaſſet portionem, [d] cum eſſent ab eo fideicommiſſa relicta: [e] coheredẽ eius non eſſe cogendum fideicõmiſſa præſtare. portionem enim ad coheredem ſine onere pertinere.ſed poſt reſcriptum [f] Seueri, quo fideicommiſſa ab inſtituto relicta, à ſubſtitutis debentur, & hic quaſi ſubſtitutus cum ſuo onere [g] conſequetur adcreſcentem portionem.

Si per ſeruum non quęritur hereditas domino, ſed ſibi: manumiſſor tenetur ad onera domino impoſita. Bartolus.

LXII. LICINNIVS RVFINVS *libro quarto Regularum.*

SI alienus ſeruus heres inſtitutus fuerit,à domino eius fideicommiſſum relinqui poteſt: [h] ſed ita hoc fideicommiſſum dominus præſtare debet, ſi per ſeruum factus ſit heres.quòd ſi antequam iuſſu eius adiretur hereditas, ſeruus manumiſſus fuerit,& ſuo arbitrio adierit hereditatem: [i] D dominus id debiturus non eſt, quia heres factus non eſt: [k] nec ſeruus, quia rogatus eſt. [l] * Itaque [m] vtilis actio [n] hoc caſu competit,vt is ad quem emolumentum hereditatis peruenerit, & fideicommiſſum præſtare compellatur.

Si per heredem res legata ſine dolo conſumatur: legatario per actionem in factum ſuccurritur. Bartolus.

LXIII. CALLISTRATVS *libro quarto Edicti Monitorij.*

SI heres rem legatam ignorãs, in funus conſumpſit, ad exhibendum actione non tenebitur: quia nec poſſidet,nec dolo [o] malo fecit quo minus poſſideret:ſed per in factum actionem legatario conſulitur, [p] vt indemnitas ei ab herede præſtetur.

Verba enũtiatiua inducũt probationem eorũ quæ in teſtamento ſunt geſta.Bartolus.

C LXIIII. PAPINIANVS *libro quintodecimo Quæſtionum.*

CVm ꝓponebatur, [q] † in ſcriptura [r] fideicommiſſi,quod pluribus ſub cõditione fuerat relictũ, per errorẽ omiſſam mutuã ſubſtitutionẽ quã teſtator in ſecũdis tabulis cum eoſdẽ ſubſtitueret, [ſ] expreſſit:diui Marc9 & Cõmodus imperatores reſcripſerũt, voluntatem manifeſtã videri mutuæ factę ſubſtitutionis.etenim [t] D in cauſa fideicõmiſſi, vtcũque [u] precaria volũtas [x] quæreretur, [y]

* Rogatus non eſt.vel, rogatus dominus eſt. Sic Flo.perperam rectius in manuſcr.& vulg.edit. quia rogatus non eſt.

† Verba enuntiatiua ſufficiũt ad fideicõ.ſed an ex ſola coniectura poſſet fideicommiſſum validari? dic quòd non ſufficeret, per Bald.in.l.cum virũ.in vlti.col. verſic.item no.conſiderari.C.de fideicommiſ.

a *Relinquebat*. in hereditate.

b *Centum*. ſcilicet præſtet,dixit teſtator.in his ergo cẽtum Mæuius A ſi adiret,pro medietate teneretur: quæ medietas imponitur Titio propter accreſcentem partem:qui Titius ſuo iure in.ccl.teneretur. Sed quid econtra ſi Titius non adiuit, ſed Mæuius? Reſpon. idem quia Mæuius in ccc.teneretur: ſed in. l. iure ſuo: in reſiduo propter partem Titij: vt.j.proxi.§.&. C. ad Trebell.l. non iuſtã. & vt dixi ſupra eod.l. Celſus. §. penul.&.§. fina. & facit.s̃. titu.ij.l. quidam. & ſupra titu.j.l. ſi duobus.§. j.&.l.ciuitatibus. §. Lucius. &.C.de cadu.toll. §.his ita.

c *Ex legitimis*. ab inteſtato venientibus.

d *Portionem*. obueniẽtẽ ſibi ab inteſtato: puta dimidiam cum ſunt duo in eodem gradu.

e *Relicta*. in codicillis.

f *Sed poſt reſcriptum*. cuius habetur mentio ſupra titu.j. l. licèt imperator.

g *Cum ſuo onere*.Hîc eſt argu. contra.j̃.tit.j.l.j.§. fina. vbi ſine onere venit ad aliũ. Sol.hîc ambos grauauit in codicillis,dicens:rogo venientes ab inteſtato. ibi vnũ tãtùm nominãdo eum, ſecundum R. ſed certè nec hîc nec ibi grauauit niſi vnum.Dic ergo quòd hîc erant ambo eodem gradu:vnde ambo ſuccedunt ex tacita volũtate defuncti: vt.s̃. tit.ij.conficiuntur.§.j.& ex tacita voluntate defuncti accreſcit:cum teſtator ſciebat eos eſſe pares. at in contrario erant in diuerſo gradu: nec habet ſequẽs ex tacita volũtate qui cœpit eſſe proximus poſt mortem: ſed ſuo iure:vnde non cum onere,ſecundum Azo.Sed huic ſolu.ſecundum Hug.videtur obſtare.s̃.titu. ij.l.qui graui.&.l.pen.vnde prima placet.Item facit quod not.s̃.eo. l.Celſus.§.penul.& fin.& infra eo.l.cum pater.§.cum pater.

SI *alienus*.] CASVS. Seruũ Titij heredem inſtitui,& à Titio domino reliqui fideicommiſſum Sempronio. certè benè tenetur dominus ſi per ſeruum eſt factus heres.aliàs non,puta quia dictum ſeruum ante aditam hereditatem manumiſit,&liber factus adierit hered.Sed nunquid hoc caſu ille liber factus tenetur?ſecundum rigorem non:quia non fuit rogatus de fideicommiſſo præſtãdo. ſed de æquitate benè tenetur:quia emolumẽtum hereditatis habet. & hoc dicit.Viuianus.

h *Poteſt*. vt.s̃.titu.j.l.cum filio.in principio.

i *Adierit hereditatem*.quod facere poteſt:vt inſti.de hered.inſtituen. §.ſeruus autem.

k *Non eſt*. id eſt, non poteſt lucrari. aliàs,id eſt,non habet lucrum: ergo non poteſt onerari. & eſt bona ratio : vt infra titu.j.l.ſed & ſi ſic.in fin.Accurſius.

l *Rogatus non eſt*. ſub:nec rogato ſubſtitutus,vel coniunctus : alioquin nulla eſſet ratio:vt probatur ſupra.l.proxi.j.reſpon.&.§.Iulianus.nec ſucceſſor rogati : tunc enim teneretur : vt infra titu.j.l. ſed & ſi ſic.j.reſpon. Itẽ videtur quòd directò teneatur ſeruus.ſi enim ſeruus vel filius iuſſu domini vel patris rogati adiuerit, dominus tenetur ex perſona ſerui:& pater ex filij perſona:vt ſupra titu.j.l.cũ filio.§.denique.vnde patet ſeruum adeũtem naturaliter teneri pro eo quòd rogatus eſt dominus.ſi ergo liber factus adeat,tenetur ciuiliter & naturaliter,quaſi liber adeundo contrahere videatur : vt infra quibus ex cau.in poſſeſ.ea.l.apud Iulianum.§.fin.&.l.ſeq.Reſpon.ſi rogatus eſſet& adiret in ſeruitute,naturaliter teneretur:ſed cum dominus ſit rogatus, ſeruus adiens vtili obligatione naturali (vt ita dixerim)tenetur,& ciuili vtili tenetur adiens liber.Azo.

m *Itaque*. quia æquum eſt aliquam actionẽ dari:cum ſeruus gaudeat teſtantis voluntate, licèt non ſit rogatus.& ita ſoluitur cõtrarium quod eſt.j̃. titu.j. in.l.j.§.fi.& not.s̃.l.proxi.§.fina.

n *Vtilis actio*. quia de rigore alia actio deficit. Accurſius.

SI *heres*.] CASVS.Inſtitui mihi heredẽ, & tibi legaui fundum: heres ignorãs fundum tibi legatum, eum vendidit,& pecuniam conſumpſit in meum funus. certè tenetur legatario act. in fac. vt de hoc conſeruet eum indemnem:nõ autem tenetur act. ad exhibendum.Viuianus.

o *Nec dolo*. nec culpa. alioquin contra : vt.C. ad exhi.l.exhibitionis. Accurſius.

p *Conſulitur*. de æquitate. ſic ergo non diſtinguitur fuerit ſciens, vel ignorãs: vt inſti.eo. §.ſi heredis.& eſt ratio, quia commodum habet à defuncto. aliàs ſecus: vt in argu. contra ſupra de condic.inde.l. ſi in ſumma.§.pe. Item contra ſupra de reli.l. ſi plura.§.fin. Solu.ibi.& facit in eo.titu.l.ſi quis. &.l.fina.§. ſi heres.&.§. fina.& ſupra titu. j. l. ſi heredis.&.l.cætera.§.fi. &.l.ſi quis.&.l.quid ergo.§.pen.&.j̃.eo.l.Mæuius §.in fundo.

CVm *proponebatur*.] CASVS. Filium meum impuberem inſtitui mihi heredem,& ei pupillariter ſubſtitui Titium & Sempronium,& eoſdem adinuicem ſubſtitui.poſtea dixi : ſi non eritis heredes filij mei, eius fidei committo vt vobis det fundum Sempronianum:& in eo fundo vos adinuicem ſubſtituo. & omnia hæc ſcripſit tabellio præter ſubſtitutionem in fundo factam : & illam dimiſit,quia non fuit recordatus. poſtea dictus pupillus exceſſit pupillarem ætatem.ſicq́ue euanuit ſubſtitutio,& ſolum fundum pubes factus dicto Titio & Sempronio reſtituit. Titius poſtea deceſſit ſine filiis : venit Sempronius,& quærit, vtrum poſſit petere partem fundi ex ſubſtitutione quæ fuit dicta,non tamen ſcripta? Et dicitur ei quòd ſic, dummodò probet eam eſſe dictam.Vel dic vt in gloſſ.ſeq. Viuianus.

q *Cum proponebatur*.] CASVS. Titius inſtituit duos filios pupillos E heredes, & fundum per fideicõmiſ. reliquit duobus extraneis ſub conditione,ſi nauis venerit ex Aſia:& cum pupillariter ſubſtitueret prædictos duos fideicommiſſarios,fecit mẽtionem quòd eos duos adinuicem grauauerat, vt qui eorum decederet ſine liberis, alteri ſuam partem fundi redderet : quod tamen ſcriptum non fuerat. Accurſius.

r *Scriptura*. Not.in ſcriptura. q. d. non eſt omiſſum in voce, vel in verborum prolatione:ſed in ſcriptura,errore librarij:vt infra de regu.iur.l.ſi librarius.vel teſtantis : vt ſupra de here.inſtitu.l.quoties. §.finali.

ſ *Subſtitueret*. pupillo. Accurſius.

t *Etenim*. ſ.eſt verum:enim.i.quia in cauſa fideicom.&c.

u *Vtcumque*.aliàs vbicumque,id eſt,in cuiuſcunque teſtamento.aliàs vtcumque,id eſt,quali tercumque.

x *Voluntas*. ſcilicet rogatiua.

y *Quæreretur*. id eſt,inueniretur.per argumenta poteſt coniectura

admitti

admitti. & ſic eſt contra: C. de fideicommiſſ.l. fin. ibi, cum enim &cæt.vbi per ſolennitatem teſtium,non coniecturis probatur.Solu.per ſecundas tabulas,& per ſeptem teſtes in teſtamento nuncupatiuo, vel quinque in codicillis probatur coniectura, & non alio modo etiam per ſcripturam nuncupatiui teſtamenti: ſed ſi erat in ſcriptis, ſola ſcriptura probat ſubſtitutionem, ſecundum R.& Azo.Alij vt Io. & H. generaliter intelligũt prædictis, ſcilicet aliis modis vel aliis:vt in princ.huius.l. no.&.l. contraria intelligatur cum vult probare per teſtes,& non per coniecturas alias.& pro hoc.ſ.titu.j.l.pen. &. j. tit.j.l.nutu. &.j. de ſup. lega.l.Labeo.Item contra. C. de teſta. l. iubemus.Solu.ibi.

a *Coniectura*. id eſt probatio per legitimũ numerum ſeptem teſtium in teſtamento,vel quinque in codicillis : ſicut in fine huius legis dicitur:& probatur de ſubſtitutione facta de fundo legato , vt ad ſuperſtitẽ veniat ſi vnus decedat ſine liberis : licet ſecundum teſtamentũ, id eſt tabulæ, non pr - ferretur . quod tamen hîc proferebatur ſecũdum R. & Azo. vel ſecundum Ioã. & H. poteſt eſſe & alia coiectura,,ſi teſtator coram teſtibus ſeptẽ dixit ſe ita velle diſponere vt ſubſtituat , & poſtea vocauit tabellionẽ,& omiſit ſubſtitutionem & poſtmodum facto teſtamento dixit coram eiſdem teſtibus per errorem ſe omiſiſſe vel obliuionem.tali enim coiecturæ ex hac lege in fine videtur ſtandum:vt infra de do.præleg. l.Theopompus.Accurſius

coniectura [a] potuit admitti.

Si legatur vniuerſitas, augmẽtum & deminutio contingens etiam viuo teſtatore, ad legatarium pertinet.Bartolus.

LXV. IDEM *libro ſextodecimo Quæſtionum.*

A

PEculium legatum augeri & minui [b] poteſt, ſi res peculij poſtea eſſe incipiãt,aut deſinat. [c] Idem in familia erit,ſiue vniuerſam familiã ſuã, ſiue certã, veluti vrbanã [d] aut ruſticã legauerit,ac poſtea ſeruorũ officia [e] vel miniſteria mutauerit. [f] Eadem ſunt lecticariis aut pediſequis legatis.

B

Si legatur res ex pluribus corporibus cõſiſtẽs: ſi extĩguitur qđ ibi eſt principale,perit legatũ. B.

Quadrigæ legatũ,equo poſtea mortuo [g] perire quidam ita credunt,ſi equus ille deceſſit qui demõſtrabat [h] quadrigam.ſed ſi medio tempore deminuta ſuppleatur,ad legatarium pertinebit.

C

Si legatum relinquitur ab vno ſub conditione quæ ex eius perſona dependet : ſi legatum transferatur ad alium,non transfertur conditio.Bartolus.

PEculium.] CASVS. Legaui tibi peculium quoddã.certẽ ſi minuam aliquas res,tantum de eo minus habebis : ſi adiungam, tantum plus habebis.& idem eſt ſi lego tibi familiam ſeruorũ vel pediſequas meas quæ lectos facere ſciunt. Quid ſi legem tibi quadrigam,& vnus de equis poſtea mortuus eſt?certe extinguitur legatum.Sed quid ſi eo mortuo alium equum adiungam ? debetur quadriga. [TITIO.] Titio legaui Stichum ſeruum meum , & rogaui eum Titium vt poſt mortem ſuam Titij eidem det libertatẽ. certẽ ſi heres meus adeat hereditatem , valet legatum Stichi Titio à me relictum,& etiam libertas poſt mortem Titij . & idem eſt ſi iuſſi eum eſſe liberum moriente Titio :& hoc caſu ſtatim cum Titius erit in articulo mortis,erit liber Stichus. & idem eſt ſi inſtitui Titium ex parte,& dictum Stichum dicto Titio legaui: & libertatem poſt mortem Titij Sticho reliqui.nam & hoc caſu valet legatum & libertas,ſiue adierit Titius hereditatem, ſiue non, dum tamen coheres eius adeat.&.h.d.Viuianus.

b *Minui*. etiam viuente teſtatore.Accurſius.

c *Deſinant*. diſtinguitur.vt inſtit.eo.§.ſi peculium.&.j. de pecu.lega.l.denique.§.fina.& facit.ſ.de pecu.l.peculium.

d *Vrbanam*. quod dic vt.j.de verbo.ſignifi.l. vrbana. &. j. titu. j.l. ſeruis vrbanis.

e *Officia*. differentiam inter hæc duo vide.ſ.quibus mod.vſusfru. amit.l.ſi cui.& facit.j.de adi.leg.l. ſi filio.j.reſpon.Accur.

f *Mutauerit*. in perpetuum,non ad tempus:vt infra titu. j. l. ſi fundum.&.l.ſi ita.

g *Mortuo*. teſtatore viuo:ſecus ſi poſtea:vt.ſ.tit.j.l.ſi ita.§.ſi dom⁹. &.l.grege.&.l.ſi ex toto.&.l.ſi grege.&.l.quod in rerum.§.ſi quis. Accurſius.

h *Demonſtrabat*. quia erat magiſter quadrigæ.imò demonſtrabat, quia erat de ſubſtantia quadrigæ factæ à teſtatore. ſecus ſi legaſſet quadrigam conficiendam ex equis teſtatoris non nominatis: quia genus non poteſt [a] perire:vt infra ad.l. Falcid.in ratione. §. ſi verò

a] Sic.C.ſi cer. pe.l.incendium. quid ſit genus:vide gl. ſing.in.§. hactenus.inſti. de gradi. aff.tex.in.c. non debet. de conſan. & af.

ff. Infort.

argẽti.Sed cur aliud in peculio:vt.ſ.in princ. huius.l. & area poſtea ædificata : vt.ſ. eod.l.ſi areæ? Reſpond. quia quadriga deſinit vno mortuo:vt ſupra quibus modis vſusfruc.amit.l.qui tamen.§. fina. &.l.niſi.& facit infra de conditio.& demon.l.filiæ.§.fina. & ſupra pro ſoc.l.ſi id quod.Accurſius.

Titio Stichus legatus poſt mortem Titij libertatem [i] accepit.Et legatum [k] adita hereditate, [l] & libertas poſt mortem Titij competit. Idémque eſt [m] & ſi moriente Titio liber eſſe iuſſus eſt.ſi tamen Titio ex parte herede inſtituto ſeruus legat⁹ ſit. [n] & poſt mortem eius liber eſſe iuſſus ſit:ſiue adierit hereditatem Titius, ſiue nõ adierit, [o] poſt cuius [p] mortem libertas ei data eſt, defuncto eo libertas competit.

Debitor partis fundi ſi creditori ſub eadem conditione qua debebat legauit : intelligitur aliã partem non illam quam debebat legare.

LXVI. IDEM *libro ſeptimodecimo Quæſtionum.*

MÆuius fundũ mihi ac Titio [q] ſub cõditione legauit: heres autẽ eius eundẽ ſub eadẽ cõditione mihi legauit. Verendũ eſſe Iulianus ait, ne [r] exſtante [*] ditione pars eadem [ſ] ex vtroque teſtamento mihi debeatur. voluntatis [t] tamen quæſtio erit. Nã incredibile [u] videtur,id egiſſe heredem , vt eadem portio bis

D

i *Libertatem*. hæc ſunt verba teſtatoris. & dic accepit à teſtatore. Acc.

k *Et legatum*.hîc incipit reſpõdere ſic,& le. &c. & quod dicit, & legatum: ſub. Stichi relicti Titio. & ita non eſt cõtra quod legitur.ſ. tit.j. l. ſi poſt mortẽ. §. ſed ſi ſeruo. &.§. vſque adeo. Si autẽ diceres & libertatem & pecuniarium legatum relictum ſeruo poſt mortem Titij,non valet pecuniarium. Vel aliter ibi ab alio legatũ, ab alio libertas fuit relicta, hîc ab eodem, ſi intelligas ſecundo modo. Ir. tamen dedit multas ſolutiones quæ nil valent, ſcilicet ꝙ iſte Titi⁹ fuit neceſſarius, vt ibi, poſtquã &c. vel hîc res aliena fuit legata ſeruo, ibi teſtatoris. Item contra ad hoc princ.& finẽ huius.§.ſ. titu.j.l.ſi poſt mortem.in fi.Sol.vt ibi. ADDITIO. Dic ꝙ ibi fuit relicta libertas per fideicõmiſſum . & hoc tenet Dy.ſecundũ Bart.

l *Hereditate*.eius qui Stichum legauit.Ro.

m *Idémque eſt*. quod dixi poſt mortẽ Titij.hoc tamẽ hîc plus quam.ſ. quod hîc etiam viuo Titio moriendo tamen competit libertas:vt.j.de ma.teſt:l.qui duos.§.j.

[*] exiſtente belus exiſtente.

n *Legatus*. id eſt prælegatus.Accurſius.

o *Non adierit*. alius tamen adiuit:vt.ſ.de teſta.tu.l.ſi nemo.

p *Cuius*. ſcilicet Titij.& facit ſupra eo.l.ſi idem ſeruus.

MÆuius.] CASVS. Mæuius inſtituit heredem Sempronium: & mihi & Titio legauit fundum ſub condi.& ita debemus habere quilibet dimidiam.Sempronius heres inſtituit ſibi heredẽ Gaium:& ab eo legauit mihi eundem fundum,& ſub eadem conditione.modò eſt quæſtio,an partem tantùm legatam mihi in primo teſtamento poſſim habere:an aliam:& æſtimationẽ illius quæ iam mihi relicta erat?Et reſpon. quòd heres Mæuij videtur ſenſiſſe tantùm de alia:& ita heres heredis Mæuij,ſcilicet Gaius,tenetur mihi ad aliam,& Titio cui ipſa erat legata, dabit æſtimationem. nam non erat ſolutum adhuc à Sempro. legatum mihi & Titio ex teſtamento Mæuij.Item debebit mihi illam partem quę mihi erat legata in teſtamento Mæuij,quæ non erat adhuc ſoluta,vt dictum eſt:& eius æſtimationem non debebit iterum ex teſtamento ſui teſtatoris,ſcilicet Sempronij heredis Mæuij:& hoc ideo, quia incredibile videtur vt eadem portio bis eidem debeatur. h.d. vſque ad §.duobus.Viuianus.

E

q *At Titio*. ac,pro etiam.non autem habeas,à Titio.

r *Ne*. id eſt an.

ſ *Pars eadem*. id eſt ex vtroque pars eidem : vt confuſe ponatur & coniunctiuẽ,id eſt vna dimidia ex vno,& alia dimidia ex altero.

t *Voluntatis*. licet eã pro iuris quæſtione poſuerit , in facto tamen quod ignotum eſt,conſiſtit.verius tamen eſt vt attẽdam quid magis præſumatur.præſumam enim alterum magis.nam &c. Vel ſic, benè dixi voluntatis eſſe quæſtionem:cum vtrumque teſtator poſſit velle,& quòd eadem ex vtroque, vel ex vno vna, ex alio altera. & magis videtur vltimum.nam &c. & ſecũdum H. ponitur nam, continuatiuẽ.ſed R.ponit pro certè.

u *Nam incredibile*. poſſibile tamen eſt:vt.ſ.de fideiuſſ.l. heres à debitore.§.non eſt.Azo.licet ſit arg. contra.j.de verb.obl.l.qui bis.ſed expone vt ibi. ADDITIO. Dic quòd alia res eſt in ſecundo legato quàm in primo,ſecundum Barto.hic,



UNED

eidem debeatur: ſed veriſimile eſt de altera parte[a] eum cogitaſſe. Sanè[b] conſtitutio principis, qua placuit eidē, ſæpe legatum corpus[c] nō onerare heredem, ad vnum teſtamentū[d] pertinet. Debitor autē[e] nō ſemper quod debet, iure legat: ſed ita, ſi plus ſit[f] in ſpecie legati. Si enim idem ſub eadē conditione relinquitur, qđ emolumentū legati futurū eſt?[g]

B

Duæ cauſæ lucratiuæ in eiuſdē perſona & in eadem ſpecie, quæ verè poſſunt ad oculum demonſtrari, non poſſunt concurrere eodem tēpore quo ad effectum ſolidæ exactionis. Bartolus.

Duorū teſtamentis[h] pars fundi quæ Mæuij eſt,[i] Titio legata eſt. Non ineleganter probatum eſt, ab vno herede ſoluta parte fundi quæ Mæuij fuit, ex alio teſtamento liberationem obtingere:[k] neque poſtea[l] parte[m] alienata reuocari actionem ſemel[n] extinctam.[o] Sed ſi pars[p] fundi ſimpliciter, non quæ Mæuij fuit, legetur:[q] ſolutio prior non peremit[r] alteram actionem: atque etiam hanc eandem[ſ] partem aliquo modo ſuam[t] factam poterit alter heres ſoluere. neque[*] plures in vno fundo dominium iuris intellectu, non diuiſione[u] corporis obtinent. Non idem[x] reſpōdetur, cum duobus[y] teſtamentis generatim homo legatur.[z] Nam qui[a] ſoluente altero, legatarij factus eſt: quãuis poſtea ſit alienatus,[b] ab altero herede idem ſolui non poterit. Eadémque ratio ſtipulationis[c] eſt.

a *Parte.* cuius æſtimatio præſtabitur.

A

b *Sanè.* pater denuo grauari heredem circa eandem rem. & ſic obſtat conſtitutio: vt ſupra de lega.j.l.plane.§.j.ſed hic reſpon. Item & non circa idem hîc dicit, ſed circa aliam partem non prius legatam eidem. Accurſius.

c *Corpus.* ab vno: quod ipſe qui legat facere poteſt: non autem heres eius qui eſt debitor legati. & hoc eſt, debitor autem &c. ne ergo ſit inutile facta relatione ad partem debitam, referatur legatum ad alteram nō debitam. ſic ſupra titu.j.l.ſi quando.in prin. & ſupra eod.tit.l. Titia. §.j. Vel dic, non obſtat huic.l. conſtitutio, ſed nec quòd debitum aliàs legauerit. ad hoc, debitor autem &c. facit.ſ. de inſti.act.l. in eum. §. tabernæ.

d *Vnum teſtamentum.* id eſt vnius hominis teſtamētum. nã ſi idem plura fecerit, & in eis ſæpe idem corpus legauerit, idem erit: vt.j.ea.l.§. eū.

e *Debitor autem.* vt heres Mæuij erat.

f *Plus ſit.* quod quatuor modis attenditur: vt inſtit.de act.§.plus. Item & quinto modo: vt ſupra titu.j.l.ſi creditori.§.idem. & facit ſupra tit.j.l.huiuſmodi.§.j. &.j.de do.præle.l.j. & de lib.leg.l.ſi idem. &.j.titu. j.l. nutu. & inſtitu.eo.§. écontrario.

C

g *Legati futurum eſt.* q.d.nullum.

*Duobus teſtamentis.* ] CASVS. Mæuius habebat partem in fundo aliquo. primus eam mihi legauit in ſuo teſtamento, & ſimiliter ſecundus in ſuo teſtamento legauit mihi eandē partem, & ita dixit quilibet teſtatorum: Lego tali partem Mæuij quam habet in tali fundo. certè ſoluta parte Mæuij ex vno teſtamento, ex alio non poſſum petere: quia ſublata eſt obligatio ex vtroque teſtamento per ſolutionem eius quod debebatur: nec renaſcitur poſtea, licèt alienum mihi ſit ſolutum. ſecus ſi primus in ſuo teſtamento legauit mihi partem fundi ſimpliciter, & ſimiliter ſecundus, hoc non addito, quæ Mæuij eſt: quia tunc licèt pars Mæuij mihi fuerit ſoluta, quam ſcilicet habebat pro indiuiſo ex teſtamento primi non propter hoc eſt liberatus heres ſecundi: cū non poſſit dicere quòd illud quod mihi debebat, fuerit mihi ſolutum: quia tenebatur mihi ad partem ſimpliciter, nō ad partem Mæuij. & plus dicit, quòd ſi alienauero partem ſolutam mihi pro indiuiſo, illa eadem poterit mihi ſolui. Poſtea reſpondet tacitæ obiectioni quæ ſibi poſſet fieri. diceret enim quis, ergo duæ lucratiuæ cauſæ in eadem re cōcurrunt: quod eſſe non debet. ſed reſpondet quòd non concurrūt in eadem re quæ ad oculum poſſit demonſtrari: de qua regula intelligitur. vnde eadem pars dicitur eſſe ſoluta quo ad iuris intellectum, non quo ad oculum: quia iuris intellectu non dicitur dominium eiuſdem fundi, id eſt certæ partis fundi habuiſſe legatarius qui alienauit, & heres qui non ei ſoluit. & hoc quando pars erat indiuiſa. ſi diuiſa eſſet ea quæ ſoluta fuit mihi legatario ex teſtamento primi, & alienata fuit poſtea à me illa pars, non poſſet mihi ſolui ex teſtamento ſecundi: quia iam poſſet oſtendi res in qua concurrunt duæ cauſæ lucratiuæ: vt infra.de verbo. ſignifica. l.rectè.§.quod Quintus. ita ergo eſt quòd eadem pars indiuiſa poteſt ſolui ex teſtamento duorum, quæ pars fuit legata ſimpliciter. ſecus autem eſt quando homo legatur mihi in teſtamento duorū: quia ſi ſolutus fuit mihi Stichus ex teſtamento vnius, ex alio non poteſt mihi ſolui ille idem. & idem in ſtipulatione. nã ſi duo promiſerunt mihi hominem, & vnus ſoluit Stichum: alius eundem ſoluere non poteſt. & reddit rationem quare, quia vbi ſoluitur Stichus ex legato vel ſtipulatione, ille videtur ab initio debitus, & hoc dicit ibi, hominis enim &c. & ſubaudi, vt ſit bona ratio, & ad oculum poteſt demonſtrari res in quà duæ cauſæ lucratiuæ concurrunt, ſi alius eundem ſolueret. quod eſſe non debet. vnde ſicut ille qui promittit hominem, non poteſt illum qui tempore ſtipulationis eſt ſtipulatoris, ſoluere: ita nec illum qui poſtea factus eſt ſuus, licet alienare. Viuianus.

D

h *Duobus teſtamentis.* id eſt duorum, ſcilicet Titij & Semproníj.

ADDITIO. prius legebatur ſic in textu, ad quod reſpicit gloſſema. ſed Florentiæ, duorum legitur.

i *Mæuij eſt.* habebat ergo Mæuius fundum communem cum alio pro indiuiſo. Accurſius.

k *Obtingere.* propter regulam infra de acti. & obli.l.omnes. & inſtitu.eo.§. ſi res.

l *Poſtea.* benè dicit, poſtea: quia ſecus fortè ſi alienetur viuente teſtatore altero ex cuius teſtamento non eſt ſolutum: quia tunc ex eius teſtamento ſolui poterit.

m *Parte.* ſ. ſoluta.

n *Semel.* ſolutione ab vno facta ſecundū quoſdam.

o *Extinctam.* ſic infra de ſolu.l. qui res.§.areã. & de verbo.obli.l.inter ſtipulantem.§. ſacram. circa princ.

* Sic Flo.in vno manuſcr. reperi. Nãque plures, &c. quã lect. Alciat & Hal.veriorem putant, quib⁹ aſſentior. Vide Anto.Aug. lib.1.c.1.

p *ſi pars.* dimidia, ſi aliud non liqueat, vt viceſima: vt infra de verb. ſigni.l.nomẽ.§.j. vel dic pro indiuiſo.

q *Legetur.* puta dixit vnus teſtator, lego Titio medietatem fundi Corneliani. & alter teſtator eodem modo dixit.

r *Non perimit.* & eſt ratio, quia ſoluta pars ab vno, non erat ab altero debita ille eadem pars ſoluta: quia ſi eſſet ab eodem debita illa pars, iam eſſet ſublata ſolutione ab vno facta: quia nō poſſunt duæ lucratiuæ cauſæ in eadem perſona concurrere: vt dicta.l.omnes. & ſupra ſi pars here. pet.l.j.§.ij.&.iij.& infra ſtatim ibi, neque plures &c.

ſ *Hanc eandem.* malè dicit hanc, cum per hanc, id eſt per dictionem hanc, corpus viſibiliter & pro diuiſo debeat oſtendere. dic ergo, hanc eandem ſcilicet iuris intellectu, & pro indiuiſo. & hoc eſt quod ſubditur, neq; plures &c. hoc modo, dixi ſolui poſſe eandem partem iuris intellectu non facta demonſtratione ad corpus: quia non poteſt dare aliquã partem, vt dimidiam, inſolidum. neq; enim plures &c. id eſt, legatarius cui pars ſoluta eſt, & alter heres qui non ſoluit aliquid, & ſic eſt quaſi ſocius collegatario: & repete, neque obtinēt dominium in vno fundo, vel parte aliqua fundi inſolidum, vt poſſit hic vel ille dicere: hæc pars tantum mea eſt, non tua. non obtinent, inquã, iuris intellectu. ius enim intelligit quēcunque habere dimidiam indiuiſibiliter in qualibet parte quæ poſſit oſtendi non facta diuiſione. & ſic nō offenditur regula.j. de act. & oblig.l. omnes. cum non poſſit deſignari ad oculum pars in qua duæ cauſæ lucratiuæ cōcurrant: alioquin facta diuiſione ego meum, tu tuum dicere poſſumus: vt.j.de verb.ſig.l. rectè.§. quod Quintus. & tunc offenderetur regula, ſi eãdem partem diceremus ſolui poſſe. & ſecundū hoc ſubauditur ibi enim, neque enim plu. &c. vel dic ſecundum R. neque &c. ſcilicet ob hoc quòd dixi eandem partem ſolui poſſe. nam intellexi de parte indiuiſa quæ ſenſu percipitur, non oculo videtur. nec enim videri poteſt. & ita non ſubauditur enim ibi, neque plures &c. & facit.ſ. cōmo.l.ſi vt certò.§.fina. & infra de caſtrenſi pecu.l.penul.§. pater, & ſupra tit.j.l. non quocunque.in princ. Accurſius.

t *Suam.* alterius heredis.

E

u *Non diuiſione.* ſcilicet facta. ADDITIO. Florentiæ ſcriptum fuerat, diuiſionem. ſed hodie extrema litera deleta eſt.

x *Non idem.* ſcilicet quod dixi quando ſimpliciter pars fuit legata. Sed certè imò idem: quia ſicut ſupra ita nec hic vno ſoluente liberatur alius. eſt tamen hic aliud: quia homo qui ab vno mihi ſoluitur, ſi deſinat eſſe meus, non ſoluetur ab alio, quia oſtendi poteſt homo ad oculum in quo cōcurrit huiuſmodi cauſa lucratiua: vnde & ſolutus videtur in obligatione ſolus fuiſſe, & non alius: & hoc eſt, hominis enim &c. ſed pars fundi ſoluta non poteſt oſtendi: vnde nec fuiſſe videtur ex cauſa lucratiua debita: vnde eadem ſolui poteſt. Azo.

y *Duobus.* id eſt duorum.

z *Legatur.* eidem.

a *Nam qui.* puta Stichus.

b *Alienatus.* à legatario.

c *Stipulationis.* puta ſi ſim ſtipulatus à te hominem in genere, & ab alio

ab alio ſtipulatus ſim ſimiliter hominem in genere. aliud autem ſi ab vno eſſem tantùm ſtipulatus : quia poterit ſolui qui meus fuerit : vt infra de ſolu. l. qui decem.§.Stichum.&.l.ſi quis duos. quæ ſunt contra. Vel dic hic de rigore:ibi de æquitate.dicit enim ibi in ipſa.l.qui decem.

A

i *Rei legatæ.* nunquid hîc ſolus grauatus poſſet rem hereditariam inſolidum præſtare, etſi alij non eſſent grauati, quaſi videatur ſibi prælegata:an habeat ſibi neceſſe dare æſtimationem partium aliorum? Reſpon.ſatis eſt ſi pro portione ſua tantùm præſtet : vt ſupra titu.j.l.ſi fundum.§.ſi libertus.

Hominis enim legatum, orationis [a] compendio ſingulos homines cõtinet: [b] vtque ab initio non conſiſtit in his qui legatarij fuerunt, ita fruſtra ſoluitur, cuius dominium poſtea legatarius adeptus eſt, tametſi dominus eſſe deſinit.

Si res legata traditur non perfectè, actio ex teſtamento adhuc durat ad ipſum. Bartolus.

In fundo legato ſi heres ſepelierit, [c] æſtimatio referenda erit ad totũ pretium [d] fundi quo potuit ante ſepulturam ęſtimari. Quare ſi fuerit ſolutus, [e] actionẽ adhuc ex teſtamẽto [f] propter locum [g] alienatum [h] durare, rationis eſt.

Diſpoſitio generalis ſequẽs derogat ſpeciali præcedenti, quãdo cadit inter grauatos. Bartolus.

Eum qui ab vno ex heredibus, qui ſolus oneratus fuerat, litis æſtimationẽ legatę rei [i] abſtulit: [k] poſtea codicillis [l] apertis, ab omnibus heredibus [m] eiuſdem rei relictæ dixi dominium non quærere. Eum enim qui pluribꝰ ſpeciebus iuris vteretur, [n] non ſæpius eandem rem [o] eidem legare, ſed loqui ſæpius.

B Heres tenetur ſi fundus traditur deminutus iure vſusfructus, vel pignoratus, vel ab alio poſſeſſus: ſecus ſi alteri ſeruiat. Item nõ valet legatũ rei meæ propter ſeruitutem alij debitam. Bartolus.

Fundo legato ſi vſusfructus alienus ſit, nihilominus petendus eſt ab herede. [p] Vſusfructus enim etſi in iure, non in parte [q] conſiſtit, emolumentum tamen rei [r] cõtinet. [ſ] Enimuero fundo [t] relicto, ob reliquas [u] præſtationes

a *Orationis.* ſ. ſi homo legetur.hoc enĩ eſt,&c.

b *Homines continet.* quãtum ad ſolutioné:quoniã quilibet in ſolutione eſt: non autem quãtum ad obligationem: vt probatur ſupra titu.j.l.cùm incertus.cùm faciat ibi ſimilitudiné inter legatum hominis in genere, & legatum Stichi:& ſic non obſtat ſupra de pac. l. ſi vnus. §. ſed generaliter. ſecus dico cùm quis promittit Stichũ aut Pamphilum ſub alternatione, quia vterque eſt in obligatione.licèt quidam cõtra:vt.ſ̃.de mino.l. & ſi ſine. [a] &.j̃.de verb.oblig.l.ſi duo. Alij dicunt continet, id eſt, continuiſſe videtur etiã quo ad obligationem facta ſolutione eius qui ſolutus eſt.

a] aliàs incipit. ait prætor.

*In fundo.*] CASVS. In teſtamẽto meo legaui tibi fundum. & heres meus non iuſſu meo, ſed ſuo arbitrio ſepeliuit in eo mortuum : & ſic alienatus videtur: quia incipit in nullius bonis eſſe.petit legatarius ęſtimationem fundi. certè debet æſtimari fundus ſecũdum quod valebat antequam fieret religioſus.valebat enim plus ante. Quid ſi heres meus ſoluat legatario dictum fundum ita religioſum factum ? certè adhuc poterit peti fundus per legatarium: & conſequetur illud in quo deterioratus eſt fundus propter ſepulturam.[EVM QVI.]Inſtitui mihi plures heredes in teſtamẽto : & ab vno eorum, Titio pone, legaui Mæuio fundum,& poſtea feci codicillos:in quibus grauaui omnes heredes meos vt darent eidem Męuio eundem fundum.& antequam codicilli aperirentur, Mæuius legatarius egit cõtra Titium heredem ſolum in teſtamento grauatum:& fundi legati ęſtimationem ab eo conſecutus fuit. poſtea codicilli fuerunt aperti : & vult Mæuius legatarius ab omnibus heredibus petere fundum prædictum,& ab omnibus eis dominium cõſequi.certè bene poteſt hoc facere pro parte coheredum illius qui ſoluit eius æſtimationem, non autem pro parte ipſius ſoluẽtis.Et eſt ratio extra literam quare pro parte aliorum poſſit dominium quærere,quia ille heres qui ſoluit, poteſt condicere ab eo legatario æſtimationẽ legatæ rei pro partibus coheredum ſuorum : vt ſupra de pac.l.ſi cum te ex cauſa. Ratio autem quare non poſſit habere dominiũ rei dictæ pro parte illius coheredis qui ſoluit ei æſtimationem, eſt in litera : quia non credimus teſtatorem voluiſſe ſæpius eidem eandem rem legare, quamuis ſcripſerit eã ei in teſtamento & codicillis,ſicque vſus fuerit pluribus ſpeciebus.ſed credimus quòd circa eandem rem locutus fuerit ſæpius.h.d.vſque ad.§.fundo.

c *Sepelierit.* ſuo arbitrio,non teſtatoris.

d *Totum pretium.* vt appareat quantò minus valeat propter ſepulturam.ſic.ſ̃.famil.erciſc.l.Mæuius.§.fin.

e *ſolutus.* pro parte quæ ſupererat. Vel dic totus,licèt inefficaciter quo ad religioſam partem.

f *Ex teſtamento.* imò in factum:vt ſupra eod.l.ſi heres rem.quæ eſt contra . Solu.hîc alibi poterat commodè inferri : vnde quaſi dolo deſiit poſſidere : alioquin mero iure liberatus eſt.ſed ſi ſit ſoluẽdo, agitur in factũ:vt ibi,& ſupra de relig.l.ſcriptus. in fi.&.l.at ſi quis. §.ſed ſi res legata.

g *Locum.* locus eſt pars fundi : vt.j̃.de verb.ſignifi.l. locus. & not. quòd cautè dicit,propter partẽ petitur totum. ſoluto tamen quod deeſt,contingit liberatio. & eſt idem vbicũque in re ſoluta aliquid deeſt,vt hîc erat,& infra de ſolut.l.etiam. vel cautio quæ rem ſolutam reſpicit:vt infra de verb.oblig.l.Iulianus.§.j.ſecus ſi pars ſoluitur integrè:quia in ea parte contingit liberatio,ſiue ſpecies certa,ſiue quantitas debeatur : licèt ſecus ſit in genere : vt infra de ſolu.l.ſi ſtipulatus.&.j̃.ea.l.§.fundo.&.C.de reb.alie.non alie.l.ſi.

h *Alienatum.* dedicando:vt.C.de reb.alie.non alie.l.ſi.

k *Abſtulit.* id eſt, accepit.ſic infra de fur.l.qui vas.j.reſpon.

l *Codicillis apertis.* ĩ quibus omnes grauauit heredes.

m *Ab omnibus heredibus.* nunc reſpõdet non quæri dominiũ ab omnibus.nec enim quæritur pro parte eius qui præſtitit æſtimationẽ, ſed aliorum : vtpote cũ ęſtimationem condicere quaſi indebitam pro partibus aliorũ poſſit, qui ſoluit : vt ſupra de pact.l. ſi cum te ex cauſa.Azo.& ſic iſti alij vel dimittent ſolutam , vel ſoluent ſi non ſoluerũt. Sed videtur quòd nec pro partibus aliorũ poſſit peti:vt ſupra titu.j.l. ſi tibi.§.j.contra. Solu. hic ſpõtè fuit ſolutum. Itẽ videtur quòd etiam pro parte primi trãſeat dominiũ: cùm aut ſciẽs ſe non debere ſoluit,& non condicit:aut errando,credens ſe debere,& tũc tranſit : ſed condicit vt indebitum,vel ſine cauſa.Reſpon. non tranſit irreuocabiliter:ſed pars aliorum ſic.

n *Vteretur.* quia fecit teſtamentum & codicillos.

o *Eandem rem.* & non præſumitur quòd hoc facere voluit : poſſet tamen ſi vellet:vt.ſ̃.titu.j.l.quid ergo.§.j. Sed contra videtur,vt ſupra de proba.l.quinquaginta.ſed ibi quantitas,hic ſpecies:vt arg.ſ̃. titu.j.l.planè.§.j.Item videtur ſolum primum teneri:vt ſupra eod.l. cum vno.&.l.legatorum.§.qui plures. Solu.ibi verbum,omnes,refertur ad deſignatos in teſtamẽto,hic non poteſt referri:quia vnus ſolus erat in teſtamento grauatus. vnde cum plurale circa eum reſtringi non poſſit,merito applicatur ad omnes:vt hic.& facit.C.de lega.l.cum quæſtio. ADDITIO. Iſtam ſol.glo.ſequitur Bart.poſſes tamen aliter dicere, ſcilicet quòd ibi in codicillis nõ fuerũt grauati omnes,licèt omnes fuerint ſcripti ſecũdum eundem Bart. Solu.tamen glo.eſt melior.

*Fundo legato.*] CASVS. Fundum meum in quo Titius vſumfru. habebat,tibi legaui. certè nõ ſolum proprietatem fundi,ſed vſumfru. ab herede meo petere poteris. Item ſi dictus fundus eſſet per me obligatus,vel eſſet eius alienata poſſeſſio,pro vtraque ages contra heredem meũ. ſi autem ſeruitutes debebat aliis dictus fundus, non tenebitur heres eũ liberare:puta ſi debeat fundus Titij ſeruitutem itineris vel aquæ ductus. Sed quid ſi Titius prædictus qui habet dictas ſeruitutes in fundo meo , eum meũ fundum mihi leget? nunquid valet legatum ad hoc ſaltem vt videantur remiſſæ ſeruitutes?Et dicitur quòd non:quia extra rem ſunt dictæ ſeruitutes.[A MVNICIPIBVS.] Inſtitui mihi heredes municipes alicuius loci: & ab eis legaui Titio fundum detracto vſufru. nũquid valet legatum? Et videtur quòd non : quia municipes non videntur poſſe amittere vſumfru . vnde legatum proprietatis videtur inutile ſemper ab ea vſufru.abſcedente:ſed certè non eſt verum,quia municipes bene poſſunt amittere vſumfru.non vtendo.Viuianus.

p *Ab herede.* paſſiuè,quia legatarius petit,ſcilicet vſumfructum,id eſt,vſusfructus æſtimationem.

q *Non in parte.* ſcilicet proprietatis:vt inſtit.eo.§.ſed ſi cui. Vel dic, in parte,id eſt,in proprietate.quæ eſt pars dominij quãdoque.quæ dic:vt ſupra de vſufru.l.iiij.

miſſum, actionibus ſuis poſſe cedere,[a] nec id cogendum ſoluere. Quid ergo ſi non totum,ſed partem legati relicti reſtituere rogatus, abſtinuit[b] eo? vtrũ actionibus ſuis in totum cogetur cedere.an verò non niſi ad eã quantitatẽ quæ fideicõmiſſo continetur?quod[c] ratio ſuadet.Sed & ſi legatũ perceperit:non amplius[d] ex cauſa fideicommiſſi cogendus erit ſoluere,quàm recepit.Si centum legatis duplum[e] reſtituere rogatus ſit:ad ſummam legati videbitur cõſtituiſſe. Si autem poſt tempus fideicommiſſum relictum[f] ſit: vſurarum dumtaxat additamẽtum[g] admittetur.Nec mutanda * ſententia erit, quòd fortè legato percepto[h] magnũ emolumentum[i] ex aliquo negotio conſecutus eſt,aut pœnam ſtipulationis imminentem euaſit.Hęc ita,ſi quantitas cum quãtitate[k] conferatur. Enimuero ſi pecunia accepta rogatus ſit rem propriam,[l] quamquam maioris pretij eſt,reſtituere: nõ eſt audiendus legatarius legato percepto ſi velit computare. Nõ enim æquitas hoc probare patitur, ſi quod legatorum nomine perceperit legatarius offerat.[m]

**Honoratus in quota non poteſt grauari in alia quota vltra vires relicti.Bartolus.**

Cum quidam filio ſuo ex parte herede inſtituto, patruũ[n] eius[o] coheredem ei dediſſet, & ab eo petiiſſet vt filium ſuum pro virili portione filiis ſuis[p] coheredem faceret:[q] ſi quidẽ minus eſſet in virili portione, quàm fratris hereditas habuit, nihil amplius[r] peti poſſe. quod ſi plus,etiam fructuum[ſ] quos patruus percepit, vel cum percipere potuerit, dolo non cepit, habendam[t] eſſe rationem reſponſum eſt: non ſecus quàm ſi centum milibus legatis rogetur poſt tempus maiorem quantitatem reſtituere.

B **Pretium & res comparata ex pretio ſuccedit loco rei in vniuerſalibus. Bartolus.**

Cùm autem rogatus quicquid ex hereditate ſupererit poſt mortem ſuam reſtituere,de pretio rerum venditarum[u] alias[x] comparat: deminuiſſe quæ vendidit non videtur.[y] *

LXXI. IDEM *libro octauo Reſponſorum.*

C SEd quod inde comparatum eſt, vice permutati dominij reſtitueretur.

LXXII. IDEM *libro viceſimo Quæſtionum.*

IDem ſeruandum[z] erit & ſi proprios creditores ex ea pecunia dimiſerit. non enim abſumitur[a] quod in corpore patrimonij retinetur.[b]

**Partum dicitur quis habere ex titulo quo habet matrem. Bartolus.**

D LXXIII. IDEM *libro viceſimotertio Quæſtionum.*

SI quod ex Pamphila naſcetur, legatum mihi fuerit, & ego Pamphilam[c] emam, eáque apud me ſit enixa: ratione ſumma reſponſum †eſt, non ex cauſa lucratiua[d] partum intelligi meum factum: ideóque petendum ex teſtamento,tanquam

lega.l.Stichus.§.Titia.Item facit infra eo.l.cum pater.§.qui dotale. A & infra titu.j.l.iij.§.Iulianus.

n *Patruum*. ſcilicet fratrem teſtantis.

o *Eius*. ſcilicet filij.

p *Suis*. patrui.

q *Faceret*. quod valet iure fideicommiſſi,non directo: vt ſupra titu.j. l.filius.§. vt quis. & infra ad Trebell. l. ex facto.§.non tantùm.& facit.j.eod.l.cum pater.§. Titio.

r *Amplius*. ſcilicet q̃ virilem.

ſ *Fructuum*. ſcilicet hereditatis ſecũdæ percipere potuit.

t *Habendam eſſe*. virilis ergo ad virilem fit compenſatio vel computatio, ſicut in pecunia ſupra proxi. §. dixi: quia eſt debitum in genere: ſicut dixi ſupra ſi pars hered.peta.l.j.§.penul. Azo. & facit infra de dote prælegata. l.iij. & ſupra de rei vindica. l. vẽditor. ibi,quemadmodum,&c. &.j.titu.j. l.ſed ſi ſic.&ſupra ſi certum peta.l. rogaſti. §. ſi decem.

* Quia res empta ſuccedit loco rei.& concord.c.eccleſia ſanctæ Marię. cum gl.ſuper verbo ſucceſſerũt. extra vt lite penden.

u *Venditarũ*.id eſt,quas vendidit.

x *Alias*. ſcilicet res.

y *Non videtur*. eſt ergo in fideicommiſſ. quod comparatum eſt:vt.j.l. proxi.ſic.s. de iure dot. l.itaq;.& ſupra ſol.matri.l. ſi cum dotem.§.fi. &.s. de peti. hered. l. ſi & rem.in fin. Sed contra infra eo. titu. ſed & ſi le.§.j. Solu. hîc emit nomine hereditatis: ibi nomine ſuo arg. infra eod.titu.l.item ve.§.j.ij. &.iij. Item quid ſi alio modo alienauit quàm vendẽdo, vt quia diſſipauit vel donauit? Reſpõd.diſtinguitur an fecerit cauſa interuertendi fideicommiſ. an nõ: vt infra ad Trebel.l.Titius.& ſupra de peti.here.l.ſed & ſi.§.quod autem. & hoc iure veteri. Hodie autem omninò quartam ſeruare cogitur niſi in caſibus: vt. C.ad Trebel.authen.contra rogati. Item cõtra infra eodem.l.cum pater.§.dulciſſimis. Solu.ibi.& facit.s.de dona.inter vir.& vxor.l. E vxor mea. & infra de adi.le. l. pater inter.§.j. & ſupra quod metus cau.ſi ipſa.& ſupra de dol.l.itaque.& de pecul.l. ſed & ſi quis.&.j. eo.l.codicillis.§.inſulam.

† A Iuliano. l.82.§.2.s.li. prox.l.7.s. de euic.

f *Relictum*.ſcilicet duplum,vt poſt quinquennium præſtet duplũ.

g *Additamentum*. quod ſi interim colligat vſuras, quod poſſit ſoluere duplum:quod teneatur.

h *Percepto*. à primo legatario.

i *Emolumentum*.ſic.s.de act.emp.l.ſi ſterilis.§.cùm per vẽditorem. ar. contra ſupra de in litem iuran.l.nummis.& de eo quod cer.loc. l.ij.§.fina.

k *Cum quantitate*. idem ſi hereditas cum hereditate: vt. j. proxi.§. &.l.cum pater.§.Titio.

l *Propriam*. ſcilicet legatarij. ſecus ſi alienam quam præſtare non poteſt niſi redimat:vt.s.eo.l.vnum ex.§.ſi rem.

m *Offerat*. ſic ergo nota caſum vbi in plus grauatur quàm honoretur.Eſt & alius.j.ad.l.Falc.l.ſed ſi non ſeruus.& ſupra de mino.l. ſi minor.& alius.j.eod.l.cum pater.§.menſæ.& alius.s.tit.j.l.planè. §.ſi cui.regulariter contra: vt.s.in princ.huius.§.&.s.proxi.§.in fin. cum ſuis concor. &.s.man.l. ſi hereditatem. & inſtitu.de ſingu.re. per fideicommiſſ.re.in prin. Item not.de vſuris medij temporis:ſic ſupra tit.j.l.filius.§.apud. & infra de an.lega. l. Titia. & de alimen.

Grauari quis poteſt in plus quàm honorari.

z *IDem ſeruandum*. facit infra de ſolu.l.in pupillo.&.s.titu.j.l.Męuius.§.in fundo.ar.contra.j.titu.j.l.prædiis.j.reſpon.

a *Abſumitur*. id eſt,conſumitur.

b *Retinetur*. fictione iuris per aliam rem emptam, vt in primo:vel per hoc quod iſte ſoluit pecuniam hereditariã creditori proprio: & ſic ipſe effectus eſt debitor hereditatis.Accurſius.

SI *quod ex Pamphila*.] CASVS.Titius legauit mihi illud quod naſcetur ex Pamphila ancilla. ego poſtea emi Pamphilã grauidã, & ipſa peperit apud me, & ita habeo partum eius ex cauſa non lucratiua.benè ergo potero dictum partum ex teſtamento petere.

c *Pamphilam*. grauidam.Io.licet.R.dixerit forte.Azo.

d *Lucratiua*. ergo videor emiſſe partum.& ſic eſt cõtra.s.de euict. l.vaccæ.&.l.ſi prægnans.Solu.non emi,ſed matrem cariorem emi

UNED

propter hoc quod erat grauida,& hoc ſubiicit,tanquam,&c.eo ergo euicto non agitur ex ſtipulatu, vt in contrariis:ſed ex empto:vt. ſ.de euic.l.venditor.&.ſ.titu.j.l.non quocunque. §. Iuli. & eſt arg. ad hoc quod not.in diſtinctione quæ habetur. C. de fur.l.ancillæ. vbi dico quòd in partu non eſt titulus: & ideo ſuperueniens ſcientia nocet. ſi autem hîc apud me fuiſſet conceptus, eſſet ſecus quàm hic dicat:vt ſupra titu.j. l.non quocũque.§.fundus.Accurſius.

istum emiſſem: vt ſcilicet pretij contributione facta, conſequar tantùm quanti puerum deducta matris æſtimatione conſtitiſſe [a] mihi iudex in cauſa legati datus æſtimauerit.

Prolongatio diei legatorum facta ſimpliciter, refertur etiam ad ea quæ diem habent. Bartolus.

LXXIIII. IDEM *libro viceſimoſeptimo Quæſtionum.*

Titio cẽtum aureos heres præſens [*] dato. deinde protulit diem legatorum.[b] Non eſt verũ (quod Alfenus retulit) centum præſenti † deberi: quia [c] diem proprium habuerunt.

Non refert cũ quo quis loquatur,quãdo verba diſpoſitiua proferuntur. Bartolus.

LXXV. IDEM *libro ſexto Reſponſorum.*

Miles ad ſororem epiſtolã, [d] quam poſt mortem [e] ſuam aperiri mandauit, talem ſcripſit: *Scire te volo, donare me* [f] *tibi aureos octingentos.* Fideicommiſſum de-

beri ſorori conſtitit. Nec aliud [g] probãdum in cuiuſlibet [h] ſuprema voluntate. Placet enim conſiſtere fideicõmiſſum, [i] ac ſi defunctus cum eo [k] loquatur, quẽ precariò [l] remuneratur. [m]

Prælegata non veniunt in ſubſtitutione vulgari. Bartolus.

B Pro parte heres inſtitutus, cui præceptiones erãt relictæ, [n] poſt diem legatorum cedentem [o] ante aditam hereditatem vita deceſſit. Partem hereditatis ad coheredes ſubſtitutos [p] pertinere placuit: [q] præceptionum autem portiones,quę pro parte coheredum conſtiterunt, [r] ad heredes eius tranſmitti.

Si teſtamentum rumpitur pro parte,pręlegata non debentur,ſicut nec legata extranei:libertates debentur,& præſtantur inſolidũ. pro ſeruitute actio datur in ſolidum: ſed pro parte obſtat exceptio, niſi partis æſtimatio offeratur.h.d.Bar.ſecundum Dy.

a *Conſtitiſſe.*ſcilicet tũc cum mater vẽderetur. Accurſius.

*Titio.*] CASVS. Legaui tibi.c. & præſenti die dari tibi præcepi, & poſtea in teſtamẽto ſubiunxi, omnia quæ legaui, volo quod prorogentur ſoluenda vſque ad Paſcha pone. quæritur, vtrũ ſit iſtud tuum legatũ de. c. prorogatũ? Et reſpõ. quòd prorogatũ videtur, Alfeni ſententia reprobata,qui dixit quod ex generali prorogatiõe nõ videbatur fieri prorogatio huiuſmodi legati præſenti die relicti. & mouebatur Alfenus, licèt malè, eo quòd dictum legatum propriũ diẽ habuit, ſcilicet præſentem, vt dictum eſt. & ſecundum hunc caſum adapta totam literam,& planè. Viuianus.

[*] præſenti.

† Sic Flor.& in manuſc. Sunt qui putent hic addendam eſſe negationem, ne alioqui vera Alfeni ſententia deprehendatur ex l.30. ſ.tit.prox.

b *Legatorum omnium.*ſcilicet diem habentium,& non habentium. ſecus ſi protuliſſet tantùm legata ſine die relicta:vt ſupra titu.j.l.talis.contra.Azo.

c *Quia.* ratio contra Alfenum.& ſecundum hoc dic,diem,ſcilicet prolatum. vel ratio pro Alfeno,quaſi prolatio diei pertineat ad legata ſine die,non ad hoc quod habet diem:vt.d.l.talis. Sed arg.cõtra.j.de verb.oblig.l.liber homo.§.decem.Solu.vt in dicta.l.talis.

*Miles.*] CASVS. Cum eſſem miles,epiſtolam miſi ſorori meæ dicens quod volebam dare ſibi.c.aureos . Dicitur hîc quòd hæc verba trahuntur ad fideicommiſſum,& ſoror.c.aureos petere poteſt. hoc idem ſeruandum erit in voluntatibus priuatorum:nec refert ſit præſens vel abſens qui hoc dicit.[PRO PARTE.] Titius inſtituit ſibi tres heredes:& vni aliquid prælegauit:& illi ſubſtituit coheredes ſuos. legatum præceptionis non valet pro ſua parte,ſed pro parte coheredum ſic.vnde ſi decedat iſte talis,& ſic portio ſuę hereditatis deueniat ad ſubſtitutos,legatum præceptionis pro partibus coheredum trãſmittit ad heredem ſuum.q. d. non ſuam partem:& ita non videtur habere totum prælegatum. Viuianus.

d *Epiſtolam.*in præſentia quinque teſtium factam.aliàs non valet: vt.C.de codicil.l.fi.§.fi.&.C.de fideicom.l.& in epiſtola.

e *Mortem.* per hoc probatur fideicommiſſum.

f *Donare me.* ex hoc putabatur donatio inter viuos.

g *Nec aliud.* quàm dixi in milite.Azo.

h *Cuiuſlibet.* etiam pagani.

i *Fideicommiſſum.* licèt etiam per fideicommiſſ. nõ loquatur teſtator,quia abſens erat.Azo.

k *Cum eo.* ſcilicet fideicommiſſario.

l *Quem precario.* quia rogat heredem de præſtando fideicommiſſum.

m *Remunerat.* nam ob præcedens meritum videtur dari : vt.ſ.pro ſocio.l.nec adiecit.& facit.j.eo.l.cum pater.§.donationis.Et not.ex hac.l.fideicõmiſſum fieri per verbum, dono:nam donatio eſt:quæ in quo differat à legato,dic vt.ſ.tit.j.l.legatum.

Fideicommiſſum per verbum,dono,fieri poteſt.

n *Relictæ.*puta duo fundi ante partem.

o *Cedentem.* quod eſt à morte teſtatoris:vt.C.de cadu.tol.§.j.

p *Subſtitutos.* vulgariter.

q *Placuit.* quia hereditas non niſi ad heredes tranſmittitur : vt.C. de cadu.tol.§.in nouiſſimo.

r *Conſtiterunt.*id eſt,valuerunt iure legati,ad heredẽ,&c.& ad hoc. C.de cadu.tollen.§.in nouiſſimo.pro alia autem parte qua ipſe fue-

A rit heres, non valuerunt:quia heredi à ſeipſo non potuit legari : vt ſupra titu.j.l.legatum.§.heredi.Sed contra ſupra tit.j.l.qui filiabus. §.fin.&.l.ſequen.vbi dicit altero repudiante totum alteri deberi.Solu.hic coheres fuerat ei ſubſtitutus in omne quod iure hereditario capiebat qui deceſſit : vnde portionem præceptionis quam nomine heredis, vel iure hereditario habebat, ſubſtitutus capit : ibi non fuerat ſubſtitutus, ſed iure accreſcendi ei deferebatur.Vel aliter ſub conditione videtur ei legari pro ſua parte,ſcilicet ſi heres non erit: quæ hîc deficit eo demũ mortuo: & ſic moritur pendente conditione : vnde non tranſmittit : vt. C. de cadu. tollen. §. ſin autem. ibi viuit,& ſic extitit cõditio eo viuo : quia repudiat.Vel ibi loquitur in ſuo herede:quod patet ex eo quod dicit abſtinuit. hîc in extraneo ſine dubio. ſuus enĩ trãſmittit hereditatem : vt. C. de iis qui ante aper. tabu.l.j. & eiſdem modis ſol.ſupra tit.j.l.quęſitum.§.duobus.quę eſt contra. Item contra ſupra eo.titu.l.Titia.§.j.vbi in totum valet.Solu. ibi ambo viuũt, & ambo adeunt, & oẽs ſunt heredes.vnde in vna dimidia dominiũ habet iure hereditario:in alia iure legati.& facit. C.eo.l. cum reſponſo.& infra titu.j.l.Sextiliam.&.C.de fideicommiſ.l.ſi in perſona.

*Cum filius.*] CASVS. Titia fecit teſtamentum , & inſtituit ſibi heredes Titium & Seium, & Titio prædicto prælegauit.c. & quibuſdam aliis extraneis legata reliquit, & quibuſdam ſuis ſeruis reliquit libertatem , & quibuſdam aliis extraneis reliquit ſeruitutẽ in fundo vel fundis ſuis : & filium ſuum exheredauit,ſcilicet Gaiũ. Gaius filius egit contra vnum de prædictis heredibus,ſcilicet Titiũ querela inoffícioſi teſtamenti coram vno iudice , & contra alium D ſcilicet Seium coram alio iudice : & ita euenit quod iudex coram quoTitius conueniebatur,abſoluit eum,& ſic pro parte ſua remãſit teſtamentum firmum:& quòd alius iudex coram quo Seius cõueniebatur per filium,condemnauit eum , & ſic pro parte ſua fuit infirmatum teſtamentum. Titius heres qui habuit prælegatum,vt dictum eſt,& qui vicit filium, vt dictum eſt, vult habere prælegatum ſibi datum etiam pro parte coheredis ſui Seij quem filius vicit , quamuis pro ea parte ſit ruptum teſtamentum, vt dictum eſt. Item alij extranei legatarij quibus reliquit mater legata, vt dictum eſt : nolũt ea etiam pro parte hereditatis coheredis victi per filium. certè nõ poſſunt habere niſi pro parte heredis qui vicit filium. Sed nunquid erit idem in libertatibus ſeruis ſupradictis relictis ? certè non, imò integræ præſtabuntur , cum hoc ſit quod pro parte tantũm vicerit filius,& ſic ruptum ſit teſtamentum,& non in totum. Item nunquid erit idem in ſeruitutibus prædiorum relictis per teſtatricem,vt dictum eſt,quod eſt in prælegato relicto Titio heredi, E & in aliis legatis , ſcilicet vt pro parte tantum debeantur ? Reſpon. non,imò in totum : hoc tamen modo, ſcilicet vt illi quibus relictæ ſunt ſeruitutes , petant eas integras à Titio herede qui vicit filium in querela inoffícioſi teſtamenti. & præſtabunt partem æſtimationis ſeruitutum eidem heredi qui vicit filium . licèt enim hic heres qui vicit filium,non habeat niſi dimidiam hereditatis,tamen præſtabit integras ſeruitutes,vt dictum eſt. concordabit enim cum filio qui habet aliam dimidiam hereditatis à coherede qui ſuccubuit , vt ipſe filius patiatur ſeruitutes integras legatariis præſtari. Sed pone quòd legatarius ſeruitutis petit integram ab herede qui vicit filium pro parte,qui habet tantũm dimidiam hereditatis. venit filius qui habet aliam dimidiam,& dicit:Nolo pati imponi ſeruitutem in mea parte:& tu legatarius ſeruitutis præſta mihi dimidiam æſtimationis ſeruitutis quam petis. dicit legatarius ,ego peto ab herede qui vicit te filium,integram ſeruitutem,& ei volo offerre dimidiam æſtimationis,& non tibi : & volo quod ipſe heres integram

tegram mihi præſtet ſeruitutem. certè dicitur hîc quod dictus heres remouebit exceptione legatarium: niſi ipſe legatarius offerat filio partem æſtimationis:ſicut fit etiam circa legem Falcidiam.nam ſi lex Falcidia reſecat partem aliquam ex legatis, & legatarius ſeruitutis petat eam integram ab herede,debet heredi offerre æſtimationẽ pro ea parte qua Falcidia reſecat ex legatis.aliter remouetur exceptione. Viuianus.

LXXVI. IDEM *libro ſeptimo Reſponſorum.*

CVm filius [a] diuiſis tribunalibus * [b] actionem [c] inofficioſi teſtamenti matris pertuliſſet,atque ita variæ ſententię iudicum extitiſſent: heredem qui filium vicerat, pro partibus quas aliis coheredibus abſtulit filius, [d] non habiturum præceptiones ſibi [e] datas,non magis quàm cęteros legatarios actiones,cõſtitit: [f] ſed libertates ex teſtamento competere placuit: [g] cum [h] pro parte filius de teſtamento matris litigaſſet. [i] quod [k] non erit trahendum ad ſeruitutes, quæ pro parte [l] minui non poſſunt.Planè petetur integra ſeruitus ab eo [m] qui filium vicit:partis autem æſtimatio [n] præſtabitur. * aut ſi paratus erit filius [o] pretio accepto ſeruitutem prębere,doli ſummouebitur exceptione legatarius, ſi non offerat partis æſtimationẽ:exemplo ſcilicet legis Falcidiæ. [p]

Legatarius hereditatis debet ſuſtinere commoda & incommoda illius. Bartolus.

*Lucio Sempronio lego omnem hereditatem Publij Mæuij.* [q] Sempronius ea demũ onera [r] ſuſcipiet, quæ Męuianę hereditatis fuerũt, & in diem mortis eius [ſ] qui heres Mæuij extitit, perſeuerauerunt:ſicut vice mutua pręſtabuntur [t] actiones quæ præſtari potuerunt.

* Erant etenim 42. cẽtumuirorũ tribunalia. Quintil.lib. 12. Pli.li.epi. 5.& 4.

* præſtituitur.

a *Cum filius*. pone caſum vt.C.de inoffi.teſt. l.cum duobus.

b *Tribunalibus*.id eſt,apud diuerſos iudices,ꝓ tribunali cognoſcẽtes. idẽ dico & ſi eſſent delegati, vel ſi vnus eſſet tantùm: quia actor cõtra vnum non cõtra alium apud iudicẽ probauit.Azo. Ad quod ſupra de inoffic. teſt.l.nã & ſi.§.filius.

c *Actionem*. id eſt,querelam.

d *Filius*. hîc puncta.

e *Sibi*. ſcilicet heredi qui vicit filium.

f *Conſtitit*. nã iure iſto rupto teſtamento per querelam annihilantur legata: vt.ſ. de inoffic. teſta.l.Papinianus.§.fi.

g *Placuit*. ſcilicet in totum, & pro parte quæ eſt reſciſſa. cõſulitur tamen filio pro parte officio iudicis: vt infra de excep. rei iudic. l.iudicatę.Vel dic aliter ſecũdum R.& vt not. C. de inoffi.teſta.l.cum duobus.hodie non:cùm valeãt per ſe:vt.C.de libe. præter.authẽ.ex cauſa.

h *Cum*. id eſt,quamuis.vel dic,cum pro parte,ſcilicet tantùm.

i *Litigaſſet*. & obtinuiſſet.H.

k *Quod*. ſ.quod dixi in legatis vt legata minuantur. Io. & eſt plana.vel dic quod dixi.ſ.in libertatibus.eſt enim inter ea hæc differẽ- D tia,quia ſeruus poteſt dicere ſe totum liberum:at ſeruitutem in toto prædio legatarius vindicare non poteſt,quia prædium pro parte liberum eſt,vt in conſtitutione dicitur.eſt enim per conſequentiam,vel tacitè pro parte facta condemnatio:ſed expreſſim non poteſt:vt.ſ.de ſer.l. vt pomum.§.fi.&.l.pro parte.§.fin.licèt autem ſeruitus pro parte extinguatur,obligatio tamen & actio ex teſtamento pro eo competens contra inſtitutum qui vicit,inſolidum durat: quia obligatus remanet, vt in vtraque parte cõſtituatur, licèt vtrũque non habeat:quia & in aliena poteſt quis promittere ſeruitutẽ. habet tamen exceptionem,niſi partis offeratur æſtimatio:vt hîc,& ſupra fami.erciſcun.l.heredes.§.antea.præſtita autem æſtimationis parte neceſſe habet cum filio conuenire vt patiatur ſeruitutem imponi:alioquin damnatur ad intereſſe ſecundũ Azo.Item & ad hoc quod de libertate dicitur,eſt contra.ſ.de codicil.l.penul. Sol.ibi agnatione poſtumi,hîc per querelam rumpitur.vel dic vt ibi.

l *Quæ pro parte*. ſcilicet vna,id eſt, ea quæ apud inſtitutum qui vi- E cit reſidet. nam pro illa durat.pro alia quam habet filius,extinguitur ſeruitus.Azo.Vel dic,non minuitur quo ad actionem vt inſolidum duret:vt modo not.cum omnes ſint indiuiduæ præter vſumfructũ: vt.j.ad legem Falc.l.j.§.ſi vſusfructus.& hoc ſubiicit,planè, &c.& dic,petetur actione ex teſtamento quæ inſolidum durat.

Seruitus omnis pręter vſumfructũ indiuidua eſt.

m *Ab eo*. ſcilicet herede,& lege paſſiuè.alius enim inuitus conueniri poteſt.Azo.

n *Partis æſtimatio*. id eſt,pars æſtimationis:ſicut ſupra de iure dot.l. cum in fundo.§.ſi fundus.nec enim poteſt propriè poni: quia ſeruitus partem non recipit præter vſumfructum:vt modo dixi. Item in iis quæ diuiduntur vt inſolidum æſtimentur, quia maior ex vniuerſo fit æſtimatio:vt ſupra eodẽ.l.Mæuius.§.in fundo. & infra ad legem Falcid. l.j.§. ſi vſusfructus. ſic & ponitur in eo.titu.l.ſi is qui quadringenta.§.fina.

o *Filius*. vltro reſpondens pro inſtituto animo nouãdi.vel dic in- A ſtitutum conuẽtum habere exceptionem ex facto filij ſi inſolidum conueniatur, ſi & filius dare velit ſeruitutem accepta parte æſtimationis.

p *Falcidiæ*. nam legatarius ſeruitutis offerre debet æſtimationem Falcidiæ heredi ſi vult integram ſeruitutem:vt.j.ad legem Fal.l.lege Falcidia interueniẽte.&.j.de do.excep.l.purè.§.j.&facit.j.de ſer.lega.l.fin. &.ſ.de codicil. l.qui graui. Item not.in quo immutentur prædicta per authẽ.ex cauſa.quę eſt.C.de lib.pręteri.

B Heres nõ poteſt retinere vſumfructum vel partem rei legatæ:ſecus in cæteris ſeruitutibus. Bartolus.

Domin⁹ herede fructuario ſcripto, fundum ſub cõditione legauit. Voluntatis ratio non patitur, vt heres ex cauſa fructus emolumentum retineat. Diuerſum in cæteris prædiorum ſeruitutibus quas heres habuit, [u] reſponſum eſt: quoniam fructus portionis [x] inſtar obtinet.

C Non videtur eſſe falſum quod iuuatur primordio veritatis. Bartolus.

*Heres meus Titio dato quod ex teſtamento Sempronij debetur mihi.* Cũ iure nouationis,quam legatarius idémque teſtator antè fecerat,legatũ ex teſtamento [y] non debeatur:placuit falſam demõſtrationẽ legatario nõ obeſſe:nec ĩ totũ fal-

*Lucio ſempronio.*] CASVS. Publius Mæuius me heredẽ inſtituit: ego hanc hereditatẽ Lucio Sempronio legaui. dicitur hic quòd Sempronius iure ſuſtinebit onera hereditaria illius hereditatis Mæuianæ: & habet etiam Sempronius actionẽ contra debitores dictę hereditatis Męuianę.[DOMINVS HEREDE.] Cũ proprietatem in fundo Titiano haberẽ,tu autẽ vſumfruc.te heredẽ inſtitui, & hunc fundum ſub cõditione alij legaui. legatarius petit à te fundum adueniẽte cõditione. tu vis retinere vſumfru. & dare ei fundum. Certè non potes: quia vſusfruct⁹ dicitur portio rei in qua eſt vſusfructus:vnde non dicitur heres fundum dare legatario niſi & vſũfru.eius det.ſecus ſi habes in fundo meo aliã ſeruitutem quàm vſumfru.nam non cogeris fundum tradere legatario, niſi ipſe patiatur ſeruitutes redimponi: quia tales ſeruitutes præter vſumfructum nõ ſunt pars fundi.[HERES MEVS.]Sem- D pronius mihi aliquid legauit:ego nouaui iſtam obligationem,quia ſtipulatus ſum animo nouandi ab herede Sempronij. poſtea feci teſtamentũ,& ſic dixi:Quicquid debetur mihi ex teſtamẽto Sempronij,lego Seio.nunquid valet legatum?Et dicit quòd ſic:& duas reddit rationes.[SERVVS PVRE.]Titia commiſit adulterium cũ ſeruo ſuo.poſtea fecit teſtamentum,& ei libertatem reliquit,& legata ſimiliter. Certè neque libertas neque legata valent. hoc dicit vſque ad.§.pater. Viuianus.

q *Publij Mæuij*. cui Mæuio teſtator heres fuerat, vt hîc ſubiicit. & facit.C.de heredi.inſtit.l.fi.

r *Onera*. promittendo creditoribus animo nouandi,vel ipſo iure: vt not.ſ.eo.l.ſi quis ſeruum.§.fin.Azo.& inſtitu.de fideicom.hered. §.poſt quod.&.§.ſed quia.

ſ *Eius*. Lucij Sempronij.

t *Præſtabuntur*. per ceſſionem. ſed & ſine ea habet vtilem:vt.C.eo. l.ex legato.& facit.j.ad Trebel.l.cogi.§. ſed & ſine. &.ſ. tit.j.l.non E amplius.§.fi.&.j.eo.l.Lucius.§.ij.

u *Habuit*. in prædio teſtatoris, qui prædium ſeruiens ſub cõditione legauit.Accurſius.

x *Portionis*.i.ſicut ſi teſtator partẽ haberet in pręedio legato,& partẽ eius heres,teneretur dare totũ.Arg.ſ.eod.l.vnũ.§.ſi rem.ita & vſumfruct.quia inſtar dominij obtinet:vt.ſ.de vſufru.l.iiij.&.ſ.eo.l. Męuius.§.fundo.Et not.quòd diſtinctio huius.§.tollit contra.quarundam legum,ſcilicet.ſ.eo.l.is cuius.&.ſ.tit.j.l. ſi ſeruus Titij.quæ de vſufru.dicunt: &.ſ.titu.j.l.legatum.§.fundus.&.ſ.de ſer.l.Papinianus. quæ de cæteris ſeruitutibus dicunt. & facit.ſ.de rei vindi.l. fructus.

y *Ex teſtamento*.ſ.actione:debetur tamen ex Aquiliana ſtipulatione animo nouãdi facta. ſecus ſi eſſet per acceptilationem extincta, vel alio modo:vt.ſ.e.l.ſi ita ſcripſiſſet.&.l.ſi ita quis.&.j.de do.præ.l.j. § adeo.&.ſ.titu.j.l.ſi ſit.§.j.in princ.quæ ſunt contra.hîc autem nũquam deficit debitum:vt.C.ſi cer.peta.l.ſi ex pretio. Accurſius.

UNED

ſum videri, quod veritatis [a] primordio adiuuaretur.

Si aliquo caſu libertas impeditur: tempore quo cedit dies legati, vitiatur legatum. Bartolus.

Seruus purè manumiſſus, [b] cui libertas propter impedimentum iuris poſt aditã hereditatem non cõpetit, quòd [c] ſtatus eius extrinſecus ſuſpenditur, fortè propter adulterij quæſtionem [d]: ex eodẽ teſtamento neq; legata neque fideicõmiſſa purè data ſperare [e] poteſt, quia dies inutiliter cedit.

Qui legat vni ex certis plus, videtur omnibus legare, & exceſſum in illo in heredis arbitrio ponere. Bartolus.

Pater cum filia pro ſemiſſe herede inſtituta, ſic teſtamento locutus fuerat: *Peto, cum morieris, licèt alios quoque filios ſuſceperis, Sẽpronio nepoti meo* [f] *plus tribuas in honorem nominis* [g] *mei.* neceſſitas quidẽ reſtituendi nepotibus viriles partes, pręcedere videbatur: ſed moderãdæ portionis, quã maiorem in vnius nepotis perſonã conferri voluit, arbitriũ filiæ datum.

Ille per quem non ſtat quo minus tutor ſuſcipiatur: non priuatur legato. Bartolus.

Non iure tutori dato [h] mater legauit. Si conſentiat [i] vt decreto prætoris confirmetur, & prætor nõ idoneum exiſtimet: actio legati non denegabitur.

Qui venit contra cautionem Mutianã, tenetur reſtituere rem cum fructibus. Bartolus.

Qui mutianam cautionem alicuius nõ faciendi [k] cauſa interpoſuit, ſi poſtea fecerit: fructus [l] quoque legatorum quos principio promitti neceſſe eſt, reſtituere debet.

Quando ſunt plures actiones quæ electione tolluntur, non admittitur cumulatio. Bartolus.

Variis † actionibus legatorũ [m] ſimul legatarius vti nõ poteſt: [n] quia legatũ datũ in partes diuidi non poteſt. Non enim ea mente datũ [o] eſt legatariis pluribꝰ actionibus vti [p]: ſed vt latior eis agendi facultas ſit, ex vna interim quę fuerit electa, [q] legatum petere.

Damnata memoria teſtatoris, repetuntur legata ſoluta. Bart.

Repetendorum legatorum facultas ex eo teſtamento ſolutorum danda eſt, [r] quod irritum eſſe poſt defuncti memoriam damnatam apparuit: [ſ] modò ſi iam [t] *legatis ſolutis crimẽ perduellionis [u] illatum eſt.

a *Veritatis*. Nota quod origo obligationis, non titulus actionis conſiderandus eſt. ſic &. j. de fideiuſ. l. tutor. & de dona. l. qui id. & **A** C. ad Macedo. l. filius. &. j. de libe. lega. l. fi. &. ſ. de conſti. pecu. l. item. §. quod dicitur. Arg. contra. ſ. de condic. ſine cau. l. j. §. ſiue autem, &. j. de cap. l. in bello. §. codicillis. &. ſ. de here. ven. le. j. Item facit. j. de auro & argen. lega. l. Quintus. in fi.

Origo obligationis, nõ titulus actionis cõſiderãdus eſt.

b *Manumiſſus*. id eſt iuſſus eſſe liber à domino, & ei legatum relictum: quod poteſt eſſe: vt. C. eo. l. ſeruus. niſi aliud impediret: vt hîc fuit.

c *Quòd*. id eſt quia.

d *Quæſtionem*. adulterij cum domina à ſeruo cõmiſſi, vnde accuſatur: vt ſupra de hered. inſtit. l. his verbis. §. interdum. Alij dicunt, vt R. cum domina ab alio cõmiſſi. & ſic interim differtur libertas vt de ſeruo poſſit haberi quęſtio: vt infra qui & à qui. l. proſpexit. quod nõ placet: quia tunc ſperaret legatũ poſt purgationẽ criminis: vt arg. C. ad Sil. l. penulti. Item ſi aliàs ex delicto ſerui non competit libertas: vt C. qui non poſ. ad lib. perue. l. j. & quibus ad lib. procla. non licet. l. ij. quid dices? Reſpon. idẽ quod hic, argu. ſupra communia prædio. l. fina. in fin. nec ob. C. qui non poſ. ad lib. perue. l. j. in fine. quia ibi dicit, eo tẽpore ſcilicet finito tempore pœnæ. Sed Azo dixit hîc & alibi percipi primò legata finito impedimento. ſecus ſi ex ſenatuſconſulto Silan. is impediretur: vt. C. ad Sila. leg. penult. Accurſius.

e *ſperare*. audi R. Sed ipſe dicit ante innocentiam ab eo purgatam & ſic not. ſecundum primum actus morientis non ſuſpendi. ſic. ſ. communia prædi. leg. fi. in fi.

*Pater cum filia.*] CASVS. Sempronius fecit teſtamentum, & inſtituit filiam ſuam Titiã pro ſemiſſe, & alios quoſdam in reliquo: & rogauit dictam ſuã filiã in teſtamẽto, vt Sempronio nepoti ſuo quem habebat ex dicta filia, relinqueret plus ex dicto ſemiſſe cum veniret ad mortem, quàm alicui alij de filiis ſuis ſi quos alios haberet tempore mortis. & hoc ea ratione dixit, quia ita vocabatur nepos prædictus ſicut teſtator, vt dictum eſt. Certè videtur teſtator impoſuiſſe neceſſitatem filiæ vt relinquat viriles partes de dicto ſemiſſe nepotibus teſtatoris ad minus: ſed tamen ſecũdũ filiæ arbitrium Sẽpronio nepoti videtur maiorẽ partẽ reliquiſſe. ipſa ergo debet arbitrari circa maiorẽ partẽ Sẽpronio nepoti dãdã. [NON IVRE.] Titia filio ſuo tutorem dedit: & ſic inutiliter, & non iure: eo quòd mater filio tutorem dare non poteſt. & eidẽ tutori. x. legauit. prætor poſtea confirmauit dictum tutorẽ, eius tutoris cõſenſu non putãs eũ iure datũ prętor, imò benè ſciens ꝙ non iure erat datus: & ita non fuit prętor deceptus. certè legatũ tutor prædictus cõſequetur. [QVI MVTIANAM.] Legaui Titio. x. ſi non aſcenderet capitoliũ. Titius rogauit heredem meum de non aſcendendo capitoliũ, & ſic heres ſoluit ei legatum ſecundũ naturã Mutianæ cautionis. poſtea Titius prędictus aſcẽdit capitoliũ, & ita fecit cõtra cautionem ſuã. Certè legatum vel legata quod vel quæ conſecutus fuit ab herede. debet ei reſtituere, & etiam fructus inde perceptos. [VARIIS.] Legatarius habet plures actiones ad conſequendum legatum, ſcilicet actionem ex teſtamento, & rei vin. & hypothecariam: vt inſtit. de leg. §. j. Pono ergo quòd legaui Titio fundum. ipſe vult petere ab herede medietatem rei vindi. & aliam actio. ex teſtamento. Certè non poteſt, imò debet vnam de prædictis eligere, & aliam interim non habebit. [REPETENDORVM.] Titius commiſit crimen perduellionis. i. læſæ maieſtatis. poſtea teſtamentum fecit, & legata reliquit Gaio & Seio. he- **A** res ab eo inſtitutus ſoluit eis legata. mortuo prædicto Titio teſtatore accuſatus fuit ipſe Titius crimine læſę maieſtatis & condemnatus, & ſic teſtamentum ſuum fuit irritatum, & hereditas eius ad fiſcum peruenit. Certè fiſcus ad quem deuoluta eſt dicta hereditas, poteſt à prædictis legatariis legata eis ſoluta repetere. Viuianus.

f *Nepoti meo*. nato ex eadem filia.

g *Nominis*. quia vocatur vt teſtator. & not. ꝑ hæc verba duo voluiſſe teſtatorem. ſ. nepotibus reſtitui: & vni plus. primum neceſſitatis, ſecundum ad arbitrium. & ſi hoc ſecundum non fuiſſet, viriles deberent reſtitui nepotibus: vt hîc, & ſupra. e. l. cum quidã. ij. reſpon. ſi autem arbitretur quanti plus habeat, illi ſtabitur: dummodo parum: quia hoc indicat dictio, plus: vt. j. de verbo. ſignific. l. hæc adiectio. & arg. infra de regu. iur. l. in perſonam. §. j. & de ope. lib. l. ſi libertus. & ſi non arbitretur morte præuenta: vel iudicis ſtabit̃ arbitrio, vel nil plus habebit. ar. ſ. eo. l. cùm quidam. & j de verb. obli. l. triticum. & facit. j. eo. l. cũ pater. §. hereditatem.

† Lan. dicebat per iſtũ. §. quòd quãdo ex vna cauſa oriũtur plures actiões, tũc quis cõpellitur actionẽ ꝓponere: vt dicit gloſ. a. poſt princi. in c. dilecti filij. extra de iud. licèt de iure canonico actiones nõ ſint proponendæ: vt d. c. dilecti.

h *Dato*. à matre: vt quia eum non inſtituit heredem: vt not. ſ. eo. l. peto. §. pater.

i *Conſentiat*. non ergo ſtat per eũ: vt hîc, &. C. eod. l. ab adminiſtratione. aliàs ſecus: vt. C. eo. l. penul. quæ eſt contra. Alij diſtinguunt, an dixit, ideo lego vt ſis tutor: & tunc obtinet cõtra. aut non: & tunc quod hîc. & facit. ſ. de **D** excu. tut. l. tutor. §. j. & l. Neſennius. & de teſta. tu. l. qui tutelam. & facit. ſ. de comfir. tuto. l. j. & de iis quib. vt indig. l. v. §. ei. qui tutor. &. ſ. vbi pupil. edu. l. j. & ſ. titu. j. leg. etiam.

*ſi à legatis

k *Non faciendi*. vt. j. de condi. & demon. l. Mutianæ.

l *Fructus*. nam & fructus & rem promittere debet, & reddere ſi contra faciat: vt hîc, &. j. de condi. & demon. l. heres meus. §. qui poſt. & C. de indi. vi. tol. l. ij. & authen. cui relictum.

m *Legatorum*. ſcilicet nomine.

n *Non poteſt*. quod fieret ſi legatarius partem rei peteret rei vindicatione, & ſic haberet rẽ & partẽ actione ex teſtamẽto, & ſic haberet æſtimationẽ. H. Idẽ ſi vni legatario duo ſũt heredes: vt. ſ. ti. j. l. huiuſmodi. §. fi. Sed quid ecõtra ſi duo ſunt heredes? videtur ſecꝰ.

o *Datum*. id eſt conceſſum à lege.

p *Vti*. vt eas ſimul exerceat.

q *Electa*. hæc electio fit tempore dati libelli: vt. C. de eden. l. edi- **E** tã. & eligit legatarius: vt hîc, &. ſ. ti. j. l. ſi ſeruus legatus. §. cum homo. Sed contra. j. quorum leg. l. j. §. quia autem. vbi nõ eligit actor. Sol. ibi in odium rei qui non certificat actorem de modo poſſidẽdi. cætera dic vt no. ſ. de tribu. l. quod in heredem. §. fi. & facit. C. communia de leg. l. j. &. j. de act. & obli. l. plura.

r *Danda eſt*. ſ. fiſco qui obtinuit, ſi de hereditate ſint ſoluta. & hoc condictione indeb. licèt alius ſoluat: vt ſupra de condi. inde. l. j. §. j. & l. ij. iij. iiij. & v. ſi verò de pecunia heredis, ipſe repetit: vt ſupra de peti. he. l. quòd ſi poſſeſſor.

ſ *Apparuit*. licèt defuncto viuo mota non fuit quæſtio: quod eſt in hoc crimine magis ſpeciale, & quibuſdam aliis: vt. j. de accu. l. ex iudiciorum. aliàs regulariter contra: vt. C. vbi cauſæ fiſ. l. j. & C. ſi reus vel accu. l. j.

t *Si iam ſolutis*. nam ſi poſtea ſit ſoluta, aliud eſſet: quia non repetit ſoluens: ſed magis fiſco tenetur: vt. j. ad leg. Falci. l. dolo.

u *Perduellionis*. i. hoſtilis. nam perduelliones dicuntur hoſtes: vt. j. de verbo.

de verb.ſignifi.l.quos nos.Alij dicunt ideo,quia hoc ſolo caſu permittitur duellum:[a]quod non placet vt vllo caſu admittatur, ſecūdum.Lu.Ro.vt not.ſ.ad.l.Aquil.l.qua actione.§.ſi quis in colluctatione.Accurſius.

a] An & quā do & quo modo poteſt indici duellum, vide ad longū in ſpe.tit. de accu §.1. ver ſicu.qui ſi fuerit. Alexand. poſt Barto. in.l. ex hoc.ſ.de iudi.& iure.

Si debet retineri ſpecies & pecunias ſpecies de tota hereditate deducitur: pecunia de parte reſtituentis tantùm.Bartolus.

LXXVII. IDEM *libro octauo Reſponſorum.*

CVm pater filios, eorúmque matrem heredes inſtituiſſet, ita ſcripſit,*Peto à te filia, vt acceptis ex hereditate* [a] *mea in portionem tuā centum aureis, & prædio Tuſculano, partē* [b] *hereditatis reſtituas matri tuæ.* Reſpōdi prædiū [c] quidē hereditariū iudicio diuiſionis de communi filiā habiturā: [d] pecuniā [e] autem de parte ſua retenturam.

Donationi cauſa mortis poteſt fideicommiſſum imponi:& ex ea detrahitur Falcidia:qua detracta fideicōmiſſum intrinſecū minuetur.ſecus in extrinſeco.Barto.

Eorū quibus mortis cauſa donatū eſt, fidei cōmitti quoquo [f] tēpore poteſt: quod fideicōmiſſum heredes [g] *ſalua Facidiæ ratione, quam in his quoq; donationibus exēplo legatorum locū

CVm pater.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes vxorem ſuam & vnum ſuum filium, & vnā ſuam filiā. poſtea rogauit dictam ſuā filiā per fideicō. vt ſuā partē hereditatis reſtitueret dictæ vxori teſtatoris retētis ſibi.c. aureis,& prędio Tuſculano,filia vult hoc totum facere.Certè fundū Tuſculanū in quo habent coheredes quilibet tertiā,habebit filia iudicio fa.erciſ. cētum autē aureos prædictos habebit de parte ſua, & ſuperfluū ſuæ partis reſtituet matri.[EORVM QVIBVS.] Quatuor ſunt dicta huius.§. Primum eſt tale:Teſtator aliquis donauit alicui cauſa mortis. quæritur, an poſſit ipſum donatarium rogare per fideicom. vt quod ſibi donatum eſt, reſtituat?Et reſpō.quod poteſt.In ſecundo dicitur, ꝙ ſi ipſa donatio remaneat penes heredē, ipſe debet onus fideicōmiſſi agnoſcere detracta Falci. In tertio dicitur ꝙ ſiue totam rē donatam ſeu partem eius rogatus ſit reſtituere donatarius:ꝙ quēadmodum donatio ſua per Falcidiam deminuitur,debet ei fideicōmiſſum deminui. In quarto dicitur,ꝙ ſi non ſit donatarius rogatus de re ſibi donata reſtituēda vel de parte eius,ſed ſit rogatus præſtare aliud, vtputa alimenta:licèt res ſibi donata per leg. Falcid. deminuitur, tamen ipſe de reſiduo præſtabit alimenta ſine deminutione:quia teſtator ita voluiſſe videtur.h.d.vſque ad.§.mater. Viuianus.

* Sic Flor.& in manuſc. Haloander ediderat heredi, quam lectionem. quidā Flor. præferunt, quibus non aſſentior.

a *Ex hereditate.* per hoc videbatur ex vniuerſa hereditate centum eſſe deducenda:quod remouet.R.

b *Partem.* tuam filiæ.

c *Prædium.* Tuſculanum.

d *Habituram.* imò videtur quòd veniat in reſtitutione quod habet filia in prædio iure hereditario : vt.j.ad Trebel. l.in fideicommiſſum.§. fi. ſed hoc eſt quando vult detrahere quartam Trebellianicam:& tunc reſtituit in quartam imputando. Azo. quod hîc etiam faceret,ſi eſſet neceſſe detrahi quartam.

e *Pecuniam.* quare ſecus eſt quòd pecuniam de parte ſua tantum retinet,dic vt.j.ad Trebel.l.deducta.§.nummis.& ar.j.de ſolu. l.ſi is cui.& ſi cer.pe.l.nam & ſi.in fi.&.C.depoſi.l.fi.Et not.quòd mater videtur rogari de ſua parte prædij & centum vt filiæ det : vt.j. tit.j.l.poſt emancipationem.§.fi. Sed quo modo de parte centum, cum ad eum non peruenerint:vt.ſ.tit.j.l. fideicommiſ. contra. ſed ſatis videtur peruenire cum accepit eo minus: arg. inſtit.de rerum diui.§. interdum. Item in eo quòd dicit totum prædium relinqui filiæ,eſt contra.ſ.titu.j.l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi libertus. ibi apparet ſolu.& facit.j.de ali.leg.l.alio.&.ſ.fami.erciſc.l.heredes.§. fi.&.l.ſeq.

f *Quoquo.* vel eadem volūtate,vel poſtea alia.& facit.C. de fideicommiſ.l.ab eo.Accurſius.

g *Heredes.* imò donatarius detrahere debet, cum & ipſe patitur Falcid.vt hîc ſubiicit.& eſt.C.ad leg.Falcid.l.ſi mortis. &.l.pe. Reſpon.expone fideicom.id eſt donatio quæ poſtea cadit in fideicō. Vel dic quòd heredes præſtant apud quos cum onere remāſit donatio vt caduca,vel in cauſam caduci:vt.C.de cadu.tol.ſ.pro ſecūdo.&.§.in nouiſſimo.

h *Si pars.* donaui Titio cauſa mortis quantitatem vel ſpeciem, & eandem Gaio.refert onere intrinſeco,vt ex eadem donatione : vel extrinſeco.& primò de vno,poſtea de alio dicit : vt ecce, donauit quis tibi viginti cauſa mortis:ex his decē Seio rogauit te reſtituere. ſi tibi auferatur quarta per legē Falci.ab herede,tu quoque quartā ſimiliter detrahes de fideicommiſſo ex voluntate defuncti : quæ præſumitur nunc eſſe talis,vt vltra dimidiam eius quod ex donatione habes,nil Seio dares.R.& ſecundū hoc non eſt Falci. ſed magis oneris partitio.& ſic concor.j.ad.l. Falc.l. pœnales.§.fi. Vel ſic patitur deminutionem fideicommiſſarius, vt ſolent legatarij pati, quatenus Falcidiæ munus penes heredem maneat.

habere placuit, præſtabunt. Si pars [h] donationis fideicommiſſo teneatur,fideicōmiſſum quoque munere Falcidiæ fungetur.Si tamen alimenta præſtari voluit: [i] collationis totum onus [k] in reſiduo donationis eſſe reſpondendum erit ex defuncti voluntate, qui de maiore pecunia præſtari non dubiè [l] voluit integra.[m]

Legatario eidémque debitori nō ſolùm actio competit,ſed exceptio.Bartolus.

Mater filiis ſuis vulgò cōceptis dotem ſuam mortis cauſa donādo ſtipulari permiſit. [n] cum aliis heredibus inſtitutis petiſſet [o] à filiis viro dotem reſtitui : totū viro fideicommiſſum dotis deberi, [p] ſi Falcidiæ ratio [q] non interuenerit:ideo retentionem dotis virū habere placuit: [r] alioquin [ſ] Falcidiæ partem [t] heredibus à filiis ex ſtipulatu cum viro agentibus, ex dote eſſe per in factum actionem reddendam.

i *Præſtari voluit.* reliqua mortis cauſa donata. H. idē in quolibet alio legato. vt enim cætera legata, ita & alimentorum deminuuntur per legem Falcid.vt.j.ad legē Falcidiā. l. hereditatum . ſed hæc ea eſt ratio,quia nō pars donationis,ſed extrīſecū on⁹ continet fideicom.vt & ſupra titu.j.l.ſi mihi Stichus.Azo.

k *Onus.* vt alimenta præſtentur.

l *Non dubiè.* id eſt ſine dubio . & dic maiore quàm eſſet onus alimētorum.q.d.& ſi plus eſſet on⁹ quàm fuit emolumentum, neceſſe habet ſubire.ſed & ſi mai⁹ eſſet quàm donatio, quandoque tenetur donatarius : vt.j. titu.j.l.ſi mihi Stichus.nō eſt igitur ita exponendum,id eſt de pecunia donata: licèt Falcid.nil reſeruaſſet. nec enim eſt argumentum neceſſarium ſi de pecunia maiori te oneraui,& de minori:quia fallit vbi pars donationis eſt in fideicommiſſo.Accurſius.

m *Integra.* alimenta.& facit.j.ad leg. Falc.l.pœnales.§. ſi Titio.cōtra.Solu.Azo.ibi plenè dices.& facit.j.de annuis lega.l. liberto.§.j. &.j.ad Trebel.l.facta.§.ſi Titius.&.ſ.de vulga.ſubſti.l. coheredi. §. cum filiæ.&.ſ.eo.l.ſi Titio.§.j.&.j.ſi cui plus quàm per legem Falci.l.videamus.&.ſ.eo.l.Celſus.&.j.de condi.& demonſt.l.Plautius §.fina.&.j.proximo.§.

*Mater filiis.*] CASVS. Titia quæ habebat virum cui dederat in dotem centum, inſtituit ſibi heredes Titium & Gaium : & volens donare cauſa mortis filiis ſuis quibuſdam vulgo conceptis dictam ſuam dotem,permiſit eos eam ſtipulari à dicto ſuo viro.poſtea rogauit dictos ſuos filios quibus taliter donauerat cauſa mortis,vt dictum eſt,vt dictam dotem reſtituerent dicto ſuo viro ſi vir eis ſoluerit eam ex ſtipulatione.nunquid valet hoc fideicōmiſ.dotis relictum viro per vxorem à filiis?Et certè ſic.vnde ſi maritus non ſoluit adhuc filiis mulieris dotem, habet eius retentionem : ſed Falcidia non habet locum in dicto fideicommiſſo:puta quia nō eſt exinanita hereditas propter legata vel fideicōmiſſa. ſi autem habeat locum Falcidia,& dictus maritus habeat adhuc penes ſe dotē, agēt dicti filij mulieris contra maritum ex dicta ſtipulatione quam fecit mater interponi, & petent ab eo partem quam Falcidia requirit ex dicto fideicommiſſo viro relicto:& eam partem reddent filij heredibus dictæ mulieris conuenti ab eis heredibus actione in factum. [SVRDO ET MVTO.] Titio qui erat ſurdus vel mutus, reliqui legatum:& mandaui ei vt cum moreretur,reſtitueret Seio. Certè valet fideicommiſſum Seio relictum . nam ſicut ignorantes poſſunt acquirere ex teſtamento, ita poſſunt grauari . & ita eſt de hoc muto vel ſurdo.h.d.vſque ad.§.hereditatem.Viuianus.

n *Permiſit.* à viro:quod fieri poteſt, niſi ex damnato coitu ſint nati:vt inſtit.ad Orfi.§.nouiſſimè.& in authen.quib.mo. na.effi.ſui.§. fina.colla.vj.

o *Petiſſet.* donationis ergo in filios collatæ pœnituiſſe videtur.

p *Deberi.* ſcilicet viro à filiis donatariis qui grauari poſſunt : vt.ſ. proxi.§.

q *Falcidiæ ratio.* quia non eſt exinanita hereditas.

r *Placuit.* ſcilicet in totum.

ſ *Alioquin.* id eſt ſi Falcidiæ ratio interuenit. Azo. vel, id eſt ſi in donatione perſeuerauerit.

t *Falcidiæ partem.* i.Falci. quæ erat pars donationis. Vel dic Falcid.

partem, quæ Falcidia debetur ex omnibus legatis. & accipe, ex dote eſſe, & per in factum actionem &c. Sed quare tenentur filij heredibus ſi volunt habere donationes? Reſpon. quia ſtipulando ſemel incommutabiliter agnouiſſe videntur. ſed aliud in legatis: vt not. j. de dona.cau.mor.l.ei. & facit.j.ad Treb.l.mulier.&.l.facta. in princip.

a *Quæritur.* commutabiliter. nam adhuc poteſt repudiare: ergo nō obſtat ſupra de condi. inſtit.l. ſi quis ita heres. quæ eſt contra. & facit ſupra quemadmodum ſer.amit.l.ſi partē.§.j. & C.quando dies leg.ce.l. fina. &.s.de iudi.l. cum furioſus.j.reſpon.in fin. & ſupra de reb. eo. qui ſunt ſub tut.l. magis. §. fundum autem legatū. &.j.de act.& obliga.l.ſi à furioſo.

† Quid ſi ignoretur cui teſtator legauerit?] debebitur ei cui teſtator veriſimiliter dare voluerit. Bar. in.l. quē heredi. j. de rebus dub.

*Hæreditatem.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem filium meum: & rogaui eum vt cum moreretur, reſtitueret hereditatem meam filiis ſuis, vel cui ex his voluerit reſtituere. filius meus predictus antequā naturaliter moreretur, fuit deportatus in inſulam. Certè adhuc poteſt eligere vnū ex filiis ſuis cui reliquat hereditatem meam. Itē quamuis ſit mortuus ciuiliter per deportationem, tamen antequā veniat mors naturalis, non cogitur filiis ſuis inuitus reſtituere hereditatem prædictam. Sed quid ſi tempore mortis naturalis dicti mei filij quidam de filiis ſuis viuunt, & quidam non: & ipſe filius meus nullum elegit cui daret dictam hereditatem: & ſic quilibet ſuorum filiorū debet habere virilem partem: nunquid heredes filiorum mortuorū, filij mei debēt cum viuis habere virilem, an ſolummodò viui? Et dicit quòd ſolummodò viui. Viuianus.

**Legati onus & emolumentum quæritur etiā ignorantibus. Bar.**

Surdo & muto qui legatum accipit, vt cum morietur, reſtituat: rectè mandatur. Nam & ignorātes adſtringuntur fideicōmiſſo, quibus ignorātibus † emolumētum ex teſtamento quæritur.[a]

**Mutatione ſtatus non perditur ius eligendi: & mors ciuilis non facit conditionem exiſtere, ſed mors naturalis ſic. Bartolus.**

Hereditatem filius cum moreretur, filiis ſuis,[b] vel cui ex his voluiſſet, reſtituere fuerat rogatus. quo interea in inſulam deportato,[c] eligendi facultatem non eſſe pœna[d] peremptam placuit: nec fideicōmiſſi conditionem[e] antè mortem[f] filij heredis exiſtere:[g] viriles[h] autem inter eos fieri, qui eo tempore vixerint cum de aliis eligendi poteſtas non fuerit.[i]

**Qui legat pretium rei, videtur legare animo compenſandi cum re. Bartolus.**

Qui dotale prędium contra legem Iuliam[k] vendidit, vxori legatū dedit:[l] & emptoris[m] fidei cōmiſit, vt amplius[n] ei pretiū[o] reſtituat. Emptorem fideicōmiſſo[*] non teneri conſtabat.[p] ſi tamen accepto legato[q] mulier vēditionem irritam faceret, eam[r] oblato pretio[ſ] doli placuit exceptione ſummoueri.

**Mandatum ſimplex cuius effectus confertur poſt mortem, reuocatur morte, ſi mādatarius ſciuerit: ſecus ſi ignorauerit. Bart.**

Mæuio debitori ſuo reus ſtipulandi mandauit, vt Titio cui mortis cauſa donabat,[t] pecuniā debitam ſolueret. Cum ſciens dominum vita deceſſiſſe[u] Mæ-

b *Filiis ſuis.* ſic.C. ad Trebel.l.iubemus.

c *Deportato.* & ſic ciuitatem tantùm amiſit. ſecus in damnato in metallum: vt infra ad Trebel.l.ex facto.§. ſi quis rogatus. & Cod. de dona.inter virum & vxo.l.res vxoris. &.s.de donatio. inter virum & vxorem.l. ſed ſi mors. & infra de verbo. obligat.l. ex ea.§. in inſulam.

d *Pœna.* deportationis.

e *Conditionem.* quòd bona reſtituantur filiis.

f *Mortem.* naturalem.

g *Exiſtere.* incōmutabiliter ſcilicet, vt dixi.j.eo.l. penul.§.à filia. id eſt vt inuitus alicui reſtituere teneatur. volens enim & ante reſtituere poteſt: vt.C. de fideicommiſſ. l. poſt mortem. dum tamen duret voluntas: vt.s.eo.l. vnum.Hug.

h *Viriles.* puta ſi neminem elegerit. alioquin contra: vt.s.eo.l.cum quidam.&.l.cum filius.§.pater.&.l.vnum.§. rogo.

i *Non fuerit.* vt quia ſit mortuus qui eligere debuerat: vt.s.eod.le. vnum.§. rogo. cum enim conditionale fuerit fideicom. pendente conditione non potuerunt tranſmittere: vt.C.de cadu.tol.§.ſin autem. licet quidam contra, per.l.C.de iis qui ante aper. tabu. & facit.j.titu.j.l.vxorem.§.Seia. & infra ea.l.§.penul. &.j.de reb. dub.l. vtrum.§. cum quidam.

*Qui dotale.*] CASVS. Prædium inæſtimatum ab vxore mea in dotem accepi: & cum non liceret mihi alienare iſtud prædium propter legem Iuliam quæ inhibet alienationem, & dat mulieri licentiam faciendi irritam venditionem, illud vendidi Titio pro decem, cum valeret duodecim, poſtea feci teſtamentum, & legaui dictæ vxori meæ viginti, & dicti emptoris qui totum pretium mihi ſoluit, ſcilicet decem, fidei commiſi vt reſtitueret dictæ meæ vxori ſuperfluum eius quod valebat fundus, ſcilicet duo. dixi enim quòd fundus valebat.xij. & ego dedi pro. x. certè emptor non tenetur fideicommiſſ. de illis duobus. rogatus eſt enim illud reſtituere ad quod non tenebatur. potuit enim benè me maritum in pretio circumuenire. Sed nunquid mulier poteſt reuocare ab emptore dictum ſuum fundum? Certè ſic, ſi non accepit legatum de viginti quod ei reliqui, & ſi non offertur ei per heredes mariti, vel per emptorem prædij, verum pretium prædij: id eſt duodecim. ſi autem hæc duo concurrunt, & ipſa velit venditionem rumpere: remouetur exceptione. Viuianus.

k *Legem Iuliam.* vt inſti.qui.ali.licet, in princi.

l *Dedit.* in quo erat etiam minus quàm in fundi pretio: vt.s.eo.l. imperator.§. ſi centum. Accurſius.

m *Emptoris.* iſtud fuit fideicommiſſum.

n *Amplius.* quàm legatum relictum ab heredibus.

o *Pretium.* iuſtum.

p *Conſtabat.* imò poteſt ab omni debitore fideicommiſſum relinqui: vt s. titu.j. l. ſi pecunia in fine.&.l. ſi ſeruus.§. qui margarita. quæ ſunt cōtra. Solu. non valet ab emptore ſiue à debitore: vt hîc, niſi debitor vtatur exceptione doli contra heredem, ſicque agnoſcat tacitum ſibi legatū: vt dicta.l.ſi pecunia.ij. reſponſo. ſed heres tenetur cedere actiones: vt.d.§. qui margarita. Alij dicunt quòd hic conſtabat quibuſdā imperitis, & malè. Tertij dicūt quod totum pretium fuerat ſolutū defuncto: ſed aliquid plus valuerat fundus quàm venditus fuerat: & illud plus præcepit teſtator ſolui vxori: quod non potuit, cum non erat vltra dimidiam iuſti pretij. & ſecundum hoc quod dicit poſtea, pretio, ſcilicet iuſto. & facit ſupra de fun.do.l, dotale.§. fina.& ſupra ſolu. matrimo.l. ſi cū dotem.§. ſi pater.&.s.man.l. diligenter.§.j. Accurſius.

* Flo. fideicommiſſi.

q *Legato.* relicto ab heredibus.

r *Eam.* vxorem.

ſ *Pretio.* ab emptore.

*Mæuio debitori.*] CASVS. Seius fuit ſtipulatus à Mæuio decem. hic Seius reus ſtipulandi cum vellet Titio donare cauſa mortis illa decem, mandauit prædicto Mæuio reo promittendi vt ſolueret dicto Titio dictam pecuniam. poſtea deceſſit Seius reus ſtipulandi, inſtitutis ſibi aliquibus heredibus. Mæuius debitor ſciens creditorem ſuum deceſſiſſe, & ita mandatum eſſe finitum, dedit dictam pecuniam Titio. Certè non eſt liberatus ab heredibus rei ſtipulandi: imò poterunt eum nihilominus conuenire ad dicta decem. Sed quid ſi reus promittendi non habet vnde ſoluat dictis heredibus rei ſtipulandi? nunquid ipſi heredes poterunt conuenire Titium cui donatum fuit cauſa mortis, cuíque ſoluit Mæuius debitor, vt dictum eſt? Certè quòd non poſſint eum conuenire ad integra decem, non eſt dubium. ſed & pro eo quod quærunt heredes habere ab eo ratione Falcidiæ, non poterit ſimiliter conueniri: quia ipſe Titius non videtur accepiſſe dicta decem cauſa mortis. nam ipſa euanuit annihilato mandato per mortem Seij creditoris, vt dictum eſt. quaſi dicat, ſi eſſet donatio cauſa mortis, benè poſſet habere Falcidiam. Si autem dictus reus promittendi ignoraret mortuum eſſe Seium reum ſtipulandi, & ſoluiſſet dictam pecuniam Titio cui reus ſtipulandi cauſa mortis donare volebat: liberatus eſt debitor ab heredibus creditoris, & ipſi heredes reuocabunt à Titio portionem tantùm eis iure Falcidiæ competentem: ſcilicet ſi habet locum Falcidia in hereditate creditoris. Viuianus.

t *Donabat.* promittendo per ſtipulationem reus ſtipulandi Titio olim, vel hodie ſine ſtipulatione, ſecundùm Azo. alioquin non video quare in ſequenti caſu totum reuocaretur, cum mandatum mortuo mandante ſit finitum, & per conſequens donatio. Hug. Item non audeo dicere quòd ſolutio per mādatum debet fieri poſt mortem: quia tunc non finiretur morte: vt ſupra man.leg. ſi verò non remunerandi.§. fina. hîc ergo inter viuos fuit conceptum, ſed quantum ad effectum poſt mortem concipitur: quia tunc demum confirmatur donatio: vnde quædam media via in finiendo mandato eligitur, ſcientia ab ignorantia ſeparata: vt hîc ſubiicit.

u *Deceſſiſſe.* ergo ſciebat vel ſcire debebat mandatū reuocatū: vt C.man.l.mandatū.& inſti.mā.§.rectè.&.s.mā.l.inter cauſas in pri.

a *Dandum eſſe*.heredibus inſtitutis:ſcilicet condictione ſine cauſa, quę conſueuit dari pro reuocandis huiuſmodi donationibus infirmitatis,in ſolidum:vel ſi ſint confirmatę,quo ad Falci.vt hîc & ſupra de donatio.cauſa mortis.l.ſenatus.§.j.&.C.ad leg.Falci.l.ſi mortis. & redditur hîc bona ratio.Sed an ſi quis ſoluit. poſſit repetere? Reſpon. non videtur quòd poſſit:quia ſciens ſoluit indebitum : niſi ponas quòd errore iuris ſoluere id indebitũ. Et ſic not. quòd ſtultitia ſoluẽtis lucratur donatarius: vt infra ad legem Falcid.l.iij.in princip.

Indebitum ſcienter ſolutum, an poſſit repeti.

b *Reuocaretur*. per heredes domini. Et nota mirabile quòd ignorãtia alterius,ſcilicet Męuij, facit non finiri donationẽ à creditore in Titium collatam. & ſic eſt contra ſupra de iur. & fac. ignorã.l.iniquiſſimum. Vel dic quòd Mæuius promiſit centum mortuo Titio iuſſu creditoris : & eidem iuſſit ſoluere. ſi ergo ignorabat Męuius cum ille percepit debitum, repeti non poteſt,ſecũdum Azo. Item not.ꝙ hic finis corrigitur per. C. de dona.l.ſi quis argentum.§.fina. quaſi in nihilum hodie reuocetur, ſecundum Rog. & quod hîc ſcripſit,reſpicit antiqua tẽpora, &c. quod Hug. non placet, quia dixit mandatum finiri morte : & per cõſequentiam videtur reuocata donatio : niſi quando ſciuit Mæuius. & facit ſupra de iudici. l.de qua re.§.fina.& infra de ſolu.l.ſi.&.C.de actio. & obliga.l.ſi quidem. & infra de dona.l.hoc iure.§.ſi quis.

† Sunt qui putent leg. filio,contra fidem Flor. & ſcriptorum librorum,ob id quòd ad finem.§.legitur filiæ.

uius pecuniam dediſſet, non eſſe liberationem ſecutam conſtitit: nec ſi Mæuius ſoluendo non eſſet, in Titium actionẽ ſolidi, vel iure Falcidię dandam eſſe:[a] quia mortis cauſa cepiſſe non videretur. Diuerſum probandum foret, ſi Mæuius ignorãs dominum vita deceſſiſſe, pecuniam errore lapſus dediſſet. tũc enim portio iure Falcidiæ reuocaretur.[b]

B

Portio deficiens defertur à ſubſtitutis & coheredibus cum onere ſuo. Bartolus.

Cum pater[c] fideicommiſſum prędiorum ex teſtamento matris filiæ deberet eandem[d] pro parte ita heredem inſtituit, vt hereditatem fideicommiſſo compenſaret:[e] eadémque prædia filio† exheredato dari voluit. Quamquã filia patris hereditatem ſuſcipere noluiſſet, fideicommiſſum tamẽ ab heredibus eſſe filio prętandũ, ad quos hereditatis portio quam accepit[f] filia, redierat,[g] placuit. quòd ſi alium filiæ ſubſtituiſſet, eum[h] oportere filio fideicommiſſum reddere.

In prælegato vni non debetur euictio:ſecus ſi pluribus prælegetur. Bartolus.

Euictis[i] prædiis quę pater qui ſe dominum eſſe crediderit, verbis fideicommiſſi filio reliquit: nulla cum fratribus & coheredibus actio erit. Si tamẽ inter filios diuiſionem fecit:[k] arbiter coniectura voluntatis nõ patietur eũ[l] partes coheredibus prælegatas reſtituere, niſi parati fuerint & ipſi patris iudicium fratri conſeruare.

Si teſtator iubet heredem dotẽ filiæ ſtipulari, intelligitur ea moriente in matrimonio, non ea ſuperuiuente. Item ſeruo ſimpliciter prolatus intelligitur pro prima vice. Bartolus.

Pater certam pecuniam exheredatæ filiæ verbis fideicommiſſi reliquit, eámque nupturæ dotis nomine dari voluit, filio dotem ſtipulante.[m] cum filius minorem

C dotem dediſſet,[n] ſuperfluum eſſe filiæ reddendum cõſtabat. Diuortio quoque ſecuto fideicommiſſum filiam rectè petituram, vt actio ſtipulationis ſibi præſtaretur : quoniam veriſimile nõ erat, patrem interponi ſtipulationem voluiſſe,[o] quò filia poſt primas nuptias indotata conſtitueretur. cæterum ſi poſtea nuberet, ad ſecundas nuptias cautionem extẽdi non oportere.[p]

A *Euictis prædiis.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi tres ſuos filios,& vni prædium prælegauit : quod prædium ſuum credebat eſſe dictus Titius:& aliis nihil prælegauit. habuit prædium à coheredibus ille cui prælegatum eſt, & eſt ei euictum . nunquid aget de euictione cõtra fratres?Certè nõ iã enim creſceret inuidia inter eos.ſi autem & aliis fratribus prælegauit,& iſti euictum eſt dictum prædium:ſi alij petant ab eo partes rerum eis prælegatarum, non reſtituet eis niſi & ipſi patris iudicium ei conſeruent ſatisfaciendo ei de prædio quod ſibi euictum eſt. Viuia.

i *Euictis*. refert an vni tantùm filiorum rem certam prælegauit:quo caſu non agitur nomine euictionis.an omnibus : quo caſu agitur. Sed oppo. imò videtur poſſe agi, cum ſit coniuncta perſona : vt. C. eodẽ.l.cum aliæ. Solu. hîc ſpeciale, ne creſcat inuidia inter fratres:vt. C.de bo.quæ lib.l.cum oportet. §.j. Vel vt ibi. Item ad idem contra. C. de inoffic.teſtamen. l.ſcimus.§.j.Solu.ibi.Itẽ cõtra ad idem ſupra titu.j.l. non quocunque. §.j.Solu.ibi. Item contra infra tit. j.l.qui concubinam.§.ſi heres.Solu. hic in genere, ibi in ſpecie fuit legatum. Itẽ facit. C. de euictio. l.ij. & ſupra de donat.l. Ariſto. & infra de vſufruct.leg.l.ſi à Sticho.§. fina.

k *Fecit*. ſcilicet pater. Accurſius.

l *Eum*. cui prælegata ſunt euicta, & ſic ope

D exceptionis. ſed & poteſt dici quòd habeat actionem quaſi fuerit diuiſio inter eos facta ab eis:vt.C.communia vtriuſque iudi.l.ſi fratres. Vel refert diuidat teſtator, vt hîc : an partes, vel iudex, vt ibi: quod eſt verius. & facit ſupra titu.j.l.ſi domus.§.j. & quod ibi notatur.

*Cum pater.*] CASVS. Titia inſtituit ſibi heredem Seium maritum ſuum, & rogauit eum per fideicommiſſ. vt filiæ eorum communi quædam prædia præſtaret. prædictus Seius inſtituit prædictam filiam cum quibuſdam aliis ea conditione vt partem in qua eam inſtituerat. compenſaret cum fideicommiſſo prædiorum quod ei filiæ debebat ex teſtamento dictæ Titiæ ſuæ vxoris. & iuſſit prædictus Seius pater dictæ filiæ & ſuis coheredibus vt dicta prædia darent Gaio filio dicti Seij,quem exheredauit.filia autẽ prædicta noluit accipere partem hereditatis patris in qua eam inſtituit,vt dictũ eſt:& ſic illa pars deuenit ad coheredes filiæ. nunquid ipſi coheredes tenentur dare dicto filio exheredato dicta prædia ? Certè ſic, quamuis non ipſi ſed filia habet prędia.Sed quid ſi dictus pater inſtituit filiã pro parte,& ſubſtituit Sempronium filiæ in dicta parte hereditatis,& filia noluit heres eſſe,& ſic habet partem filię ſubſtitutus eius?Certè debet tantùm de fideicommiſſo pręſtare dicto filio exheredato,inquantum filia teneretur ſi non repudiaſſet hereditatem. Viuianus.

c *Cum pater*. ab vxore inſtitutus,& rogatus vt quædam prædia filiæ daret per fideicommiſſum.

d *Eandem*. ſcilicet filiam.

e *Compenſaret*. quod potuit:vt.ſ̃.tit.j.l.cum ab vno.ſed hoc non dicto fideicommiſſum deduceret, & hereditatem haberet : vt. C.ad leg.Falci.l.in imponenda.

f *Accepit*.deſtinatione.

g *Redierat*. vel iure accreſcendi,& ſic cum onere : vt. C.de caduc. tol.§.his ita.vel quia erant ſubſtituti,vt ſtatim ſubiicit.

h *Eum*. ſubſtitutum:vt.j̃.ea.l.§.ab inſtituto.&.ſ̃.ea.l.ſi Titio.§.j.&. C.ad Treb.l.non iuſtam.&.ſ̃.tit.j.l.ſi duobus.§.j.&.ſ̃.tit.ij.l.quidã. Item not.ſecundum Hug.quòd hoc videtur hodie correctum: vt. C.communia de leg.auth.res quæ.

*Pater certam.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem filium ſuum, & filiam exheredauit,& eidem filiæ centum per fideicommiſ.reliquit: & iuſſit dicto filio vt daret in dotem prædicta centum marito filiæ,& ſibi filio ſtipularetur.filius autem non dedit marito filiæ niſi quinquaginta. Certè alia quinquaginta debet dare filiæ. nam centum cõtinebantur in fideicom.filię,vt dictum eſt. Quid autem ſi diuortium fiat inter dictam filiã & maritum ſuum ? Certè petet filia actione ex teſtamento à fatre ſuo fideicommiſſum.i.tanquam quoddam fideicommiſſum petet filia à fratre,quòd actio ex ſtipulatione fratris proueniens cõtra maritum,ſibi filiæ cedatur per fratrem contra maritum . & reddit in litera rationem planam quare

E hoc debet fieri,ibi,quoniam veriſimile,&c.Quid ſi facto dicto diuortio filia nubat ſecũdò, & filius teſtatoris velit ſtipulari dotem à ſecundo marito,quia teſtator voluit quòd ſtipularetur à primo, vt dictum eſt?Certè non poteſt. Viuianus.

m *Stipulante*. hoc totum voluit pater, ſcilicet filium etiam ſtipulari dotem.

n *Dediſſet*. per quod videbatur ſatisfactum voluntati patris.

o *Voluiſſe*. ſubaudi, propterea : quò,pro vt,&c. ſed & ſi voluiſſet, non valeret,tum fauore dotis:vt ſupra de pac.do.l.ij.tum quia Falcidiam iure naturæ debet habere : vt. C.de inoffic.teſt.l.quoniam. in princip.

p *Non oportere*. ſic.j̃.de verbo. ſignifi.l.boues.§. hoc ſermone.&.ſ̃. de iure dot.l.dotis. & facit in eod.titu.l.ſtipulatio quæ.&.C.de rei vxo.actio.authen.ſed & quamuis. Accurſius.

*A filia pater.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem filiam ſuam Seiam, & rogauit eam vt duo prædia reſtitueret poſt mortem ſuã

Cui committitur electio perſonæ cum moreretur: nō poteſt antè tempus cum effectu eligere. Bartolus.

A filia pater petierat, vt cui vellet ex liberis ſuis [a] prædia cum moreretur reſtitueret. vni ex liberis prędia fideicommiſſi viua donauit. Nō eſſe electionem [b] propter incertum diē fideicommiſſi certę donationis videbatur. Nā † in eum [c] deſtinatio dirigi poteſt, qui fideicommiſſum inter cæteros habitur⁹ eſt, remota matris [d] electione.

Manumiſſi ex cauſa fideicommiſſi continētur appellatione libertorum teſtatoris. Bartolus.

*Fidei heredum meorum committo, ne fundum Tuſculanum alienent, & ne de familia nominis mei exeat.* Secundum voluntatem [e] eos quoque inuitatos [f] intelligēdum eſt, quibus heredes [g] extranei fideicommiſſam libertatem reddiderunt.

Fideicommiſſum factum in teſtamento, cenſetur repetitum in codicillis de bonis in illis relictis.

filiæ, vni ex liberis ſuis filiæ, cui ipſa filia vellet. ipſa autem donauit inter viuos vni ex filiis ſuis. Certè videbatur ſapientibus non tenere dictam donationem inter viuos incommutabiliter: & hoc ideo, quia fideicommiſſum datum erat filiis poſt mortem filiæ, vt dictū eſt, qui dicitur dies incertus, & non venerat adhuc tēpore quo ipſa donauit inter viuos: vnde poterit mater mutare voluntatem donec viuet. ſecus autē ſi certæ perſonæ ex filiis ſuis rogata fuit reſtituere poſt mortem ſuā filiæ: quia tunc benè valet dicta donatio inter viuos: quia illa certa perſona habitura eſſet fideicommiſ. etiam non interueniente matris electione. Viuianus.

† Nam, pro ſed, quidam poſitum putant.

a *ſuis.* ſcilicet filiæ. Accurſius.

b *Non eſſe electionem.* accipe, videbatur, quod eſt infra. Sed contra ſupra. e. l. vnum. in princ. vbi eſt electio niſi reuocet. Sol. dic non eſſe electionem, ſcilicet incommutabiliter factā: quia adhuc poteſt mutare, & alium eligere: vt ſupra ea. l. §. hereditatem. ſed propter commodū medij temporis valet, vt ibi. Alij vt R. dicunt nullo modo eligi propter incognoſcibilem perſonam fideicommiſſarij. & ſecundum hoc etiam commodū medij temporis reperitur: vt ſupra de condict. indeb. l. ſufficit. Item contra. C. de fideicommiſſ. l. poſt mortem. vbi etiam antè reſtituit. Solu. aliud eſſet ſi certę perſonæ poſt mortem ſuam quis hereditatem reſtituere fuerat iuſſus. tunc enim quandocunque vellet reſtituere, volūtas defuncti non aduerſatur. at hîc ſecus propter incognoſcibilem fideicommiſſarij perſonam: vt infra titu. j. l. vxorem. §. Scæuola. Vel ſolue vt ibi.

c *Nam in eum.* benè dico electionem non tenere, quia adhuc poteſt eligere vnum alium de filiis: quia nulla facta electione admittebatur ad fideicommiſſum vna cum aliis filiis. demum ergo morte inſecuta firma eſt electio vltima.

d *Matris.* eiuſdémque filiæ. & facit. j. de manu. teſta. l. libertas. in prin. & l. qui duos. §. fi. & s. tit. j. l. filiusfami. §. diui.

*Fidei heredum.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi duos filios heredes, & ita dixit poſtea: Rogo dictos meos heredes ne alienent fundum meum qui vocatur Tuſculanus, & ne exire permittant de mea familia, id eſt, ne alienent fundum meum in aliquem qui non fuit de mea familia. Certè ſi heredes alienent dictū fundum in extraneos, illi de familia poſſunt admitti ad reuocandum fideicommiſſum. & certè non ſolùm illi qui ſunt proximiores in familia, admittuntur ad reuocandum, ſed etiam eis deficientibus admittuntur illi liberti quibus etiam extranei heredes dederunt fideicommiſſariam libertatem. i. à Titio defuncto per fideicommiſſum relictam. Viuianus.

e *Secundum voluntatem.* iſtius teſtatoris.

f *Inuitatos.* ad reuocandum ſi alienent.

g *Heredes.* iſtius teſtatoris iudicio, non heredis. nec enim ſunt liberti heredis, ſed defuncti: vt. j. tit. j. l. pater. §. j. & j. de adimen. le. l. ij. quæ ſunt cōtra. & facit. C. de verb. ſign. l. fi. & s. tit. j. l. filiusfamilias. §. diui. ADDITIO. Dic quòd ibi fuerunt manumiſſi iudicio heredis, hîc iudicio teſtatoris, ſecundum Barto. hîc.

*Fidei tuæ.*] CASVS. Titius ſibi inſtituit heredem Seiam vxorem ſuam cum quibuſdam aliis, & dotem quam habuerat ab ea, ei pręlegauit: & poſtea ita dixit: Rogo te Seia per fideicom. vt quidquid ad te peruenerit aliquo nomine de bonis meis, reſtituas filiæ meæ cum tu morieris. poſtea idem Titius fecit codicillos, & in eis quædam alia eidem vxori legauit. mortua eſt dicta vxor. petit filia teſtatoris ab heredibus vxoris non ſolùm ea quæ legata ſunt vxori in teſtamento, ſed etiam ea quæ in codicillis. quæritur, vtrum poſſit.

*Fidei tuæ committo vxor,* * *vt des vt reſtituas filiæ meæ cum morieris, quidquid ad te quoquo nomine de bonis meis peruenerit.* Etiā ea quę poſtea codicillis † vxori dedit, fideicōmiſſo continebuntur. [h] nam ordo [i] ſcripturæ non impedit cauſam iuris ac volūtatis. ſed dos pręlegata retinebitur: [k] quoniā reddi [l] potius videtur quàm dari. [m]

* Alcia. li. 4. diſpūc. ca. 1.

† Fideicommiſſum etiā in codicillis ſine mētione prioris teſtamenti fieri poteſt. l. 2 & ibi glo. C. de codicillis. caſus rotundus in l. codicillis. in princ. de vſufru. lega.

Filius naturalis in ſeruitute cōceptus excludit ſubſtitutum. Bar.

*Volo prædia dari libertis meis. quòd ſi quis eorū ſine liberis vita deceſſerit, partes* * *eorū ad reliquos pertinere volo.* Collibertum patris eundémq; filium ex voluntate ſubſtitutionem excludere placuit. [n]

* partē eius.

Fruſtra legatur debitum creditori à debitore. Item dilatio in tēpus non perfectæ ætatis creditoris fauore præſumitur. Bartolus.

Curatoris ſui fruſtra fideicommiſiſſe videbatur, vt heredi fratri negotiorum geſtorum rationem [o] redderet. Quamquam igitur [p] teſtamento cautum eſſet, vt cum ad ſtatum [q] ſuum frater perueniſſet, ei demum ſolue-

Et reſpon. quòd ſic præter dotem vxori prælegatam: & ad vtrumque reddit plenam rationem. Viuianus.

h *Continebuntur.* quid miri, cum verbū peruenerint, ſit futuri temporis? ſed fortè hîc in prçterito poſuit. ſic & aliàs. s. titu. j. l. talis ſcriptura. §. fi. & l. ſeq. Azo. Item contra. j. titu. j. l. vxori. §. vxori. Solu. ibi in donatione inter viuos, quę ſtatim cum fit, cedit: hîc autem tam relicta codicillis quàm teſtamento, eodem tempore cedūt, ſcilicet poſt mortem: vt. s. titu. ij. l. ab inteſtato. in fine.

i *Ordo ſcripturæ.* ſic. j. de ſol. l. nec enim. Sed arg. contra. j. eo. §. penul.

k *Retinebitur.* ab ipſa vxore: quia vxor retinebit in dotem.

l *Reddi.* iſti priori. Accurſius.

m *Quam dari.* ſic ſupra depo. l. j. §. eleganter. & facit ad. §. j. de auro & argē. leg. l. vxoris. §. j. & j. de dote præleg. l. iij. in princip. & §. fin. & j. ad Treb. l. cum heres. & l. Lucius. §. maritus. & j. ad. l. Falci. l. ſed vſumfruc. §. dos. & C. ad leg. Falci. l. in imponenda. & l. irritum.

*Volo.*] CASVS. Titius inſtitutis ſibi heredibus ita dixit: Talia prædia volo dari talibus libertis meis: & ſi quis eorū libertorū deceſſerit ſine liberis, partem eius volo ad reliquos libertos pertinere: quaſi dicat, ſi aliquis eorum libertorum deceſſerit, & reliquerit liberos ſuos, liberi eius habeāt. & ſic colliberti heredes dederūt prædia dictis libertis. vnus eorum libertorum qui conceperat filium in ſeruitute, & cum eo poſtea manumiſſus fuerat, & ſic habebat filium naturalem, & nō legitimum, deceſſit eo relicto. nunquid ille filius naturalis habebit partem prędiorum quam habebat pater ſuus, ita quòd alij colliberti ab ea excludantur? Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

n *Placuit.* eſt filius, & de libertis: quia hîc filius ſimul cū patre fuerat manumiſſus. qui pater decedit non relicto alio filio. hîc ergo naturalis pro legitimo ſuccedit hodie: vt inſtitu. de gradi. §. illud. Azo. & ſic eſt. j. eo. l. Lucius. §. fin. & j. ad Trebel. l. ex facto. § ſi quis rogatus. Sed contra. C. de inſti. & ſubſtitu. l. generaliter. §. fi. & dic vt ibi. Item facit. j. de alimen. lega. l. ij. Accurſius.

*Curatoris ſui.*] CASVS. Titius adultus curatorem habens fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem fratrem ſuum qui erat adultus ſimiliter, & curatorem habens: & rogauit hîc Titius curatorem ſuum proprium vt dicto ſuo fratri redderet rationem eorum quæ adminiſtrauit: quod quidem neceſſe habebat dictus curator facere: & ita poſtea ſubiunxit dictus Titius: Tu curator meus tunc demum ſoluas dicto meo fratri illud quod apparebit te debere ex adminiſtratione curæ meæ, cum ipſe frater meus erit maior vigintiquinque annis. quæritur, an frater heres poſſit agere contra cura. fratris mortui antequam habeat vigintiquinque annos? Et certè dicitur quòd ſic. & reddit rationem, cum illis verbis, & cætera. Viuianus.

o *Rationem.* & quia non eſt oneratus in aliquo: vt. C. de fideicom. l. ab eo. & quia ſine hoc tenebatur curator. & ita nec rectè grauari nec onerari valet.

p *Quamquam igitur.* infert fideicommiſſum nullum: ergo dilatio data ad idem ſoluendum nulla eſt. ſic & aliàs. j. de verb. obli. l. eum qui ita. §. te & Titium. & eſt alia, quia fauore fratris erat data dilatio: vt. s. eo. l. ſi ita. §. Pegaſus. Azo. & j. de an. leg. l. eum. & ſecundum hoc non ob. C. quando di. leg. ced. l. ex his.

q *Ad ſtatum.* id eſt, maiorem ætatem. quod dic vt infra titu. proxi. cum filiofamilias.

*Ab inſtituto extraneo.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem quendam qui erat mihi extraneus, & reliqui per fideicommiſſum quædam

dam prędia libertis meis quibuſdam cum moreretur dictus heres: & petij ab eodem herede ne alianaret prędicta prædia extra familiam meã. & poſtea dedi ſubſtitutum dicto heredi. heres inſtitutus repudiauit hereditatem, & ita habet eam ſubſtitutus. nũquid ſubſtitutus tenetur libertis prædictis dare dicta prædia, ſicut heres tenebatur, & ſub eadem conditione. ſ. cum moreretur ſubſtitutus? Nã ſub illa erant relicta ab inſtituto, vt dictum eſt. Et certè reſpondetur ꝙ ſic. Viuianus.

a *Subſtitutum.* ſcilicet vulgariter.

b *Debere.* facit.ꝟ. ea.l.§. cum pater.&.ſ. eod.l. ſi Titio.§. Iulianus.

c *Inſtituti.* i. ſubſtituti. nam omnis ſubſtitutus eſt inſtitutus: vt.ꝟ. ad.l. Falcid.l.in ratione. &.l. j.§. ſi filio. H. Vel dic propriè, arg.C.quando dies lega. ced.l. ex his. ſed quicquid dicas, eſt contra.ſ. de here. inſtitu.l.ſub conditione. Solu. ſiue repetam legatũ, ſiue ſubſtituam,& nihil dicam de cõditione: purè videor repetere & ſubſtituere: vt.ſ.ti.j.l.licèt.&.l. ſi quis à filio.& l.ſi cui.§.j.quæ ſunt cõtra ſimiliter. ſed hîc nõ repetiit teſtator: ſed lex repetiit ſub eadem conditione, arg.C.de cadu. tollen.§. ſi verò nõ omnis.in fi. Item facit.ꝟ.de adimen. leg. l. legatum ſub conditione. & ſupra titu.j.leg. ſeruo alieno.§. penultimo. Accurſius.

retur: tamen ſub curatore alio fratrem agentem rectè placuit actionem inferre: cum illis verbis fratri potius conſultum videretur, quàm ſolutio quæ iuſtè fieri potuit, dilata.

Relicta ab inſtituto videntur repetita à ſubſtituto per legẽ ſub eadem conditione. Bartolus.

Ab inſtituto extraneo prædia libertis, cum moreretur, verbis fideicõmiſſi reliquerat: & petierat ne ex nomine familiæ alienarentur. Subſtitutum [a] ea prædia debere [b] ex defuncti voluntate reſpondi. Sed vtrũ confeſtim, an ſub eadem cõditione, voluntatis eſſe quæſtionem. ſed coniectura ex voluntate teſtatoris capiẽda, mors inſtituti [c] expectanda eſt.

Legatum vniuerſitatis iure valet etiam ſi incommodum contineat. Bartolus.

Menſæ [d] negotium ex cauſa fideicõmiſſi cum indemnitate heredum per cautionem ſuſceptũ, emptioni ſimile videtur: & ideo non erit quærendum, an plus in ære alieno ſit, quàm in quæſtu. [e]

*Menſæ negotium.*] CASVS. Titius conduxit à fiſco vel ab alio negotium, id eſt commodum & incõmodum menſæ nummulariæ vel argentariæ. poſtea decedens inſtituit ſibi heredes, & per fideicõmiſſum reliquit Sempronio dictam negotiationem. Sẽpronius fideicommiſſ. ſuſcepit ab heredibus dictam negotiationem, & cauit eis ſe conſeruaturum eos indemnes ab omni eo quod menſæ creditoribus debeatur. Certè iſta talis ſuſceptio videtur ſimilis emptioni, in qua licitum eſt cõtrahentibus ſe decipere. & ideo etiam ſi plus ſit in ære alieno, tamen ex cautione tenebitur fideicommiſſarius ad præſtandum indemnitatem heredibus: & ſic inuenitur fideicommiſſarius deceptus in cautione quam fecit heredibus: ſicut & in emptione dixi. Viuianus.

d *Menſæ.* inde menſularius, qui præeſt menſæ, in qua ſunt debita & credita. & ponit menſam pro vniuerſitate debitorum & creditorum in eadem ſtatione: vt infra de priuil.cre.l. ſi ventri.§.in bonis. & ſupra de pigno.l.cum tabernam. Reliquit ergo hîc teſtator menſam per fideicõmiſſum. heredes autem timentes ne creditores menſæ conuenirent eos, petierunt & habuerunt cautionem indẽnitatis à fideicõmiſſario. tenet quidem cautio, licèt fideicommiſſ. decipiatur: quia plus eſt in ære alieno quàm in quæſtu: quia hoc videtur ſimile venditioni: in qua ſi alter decipiatur [a] re ipſa, nihilo minus ſtatur vẽditioni: vt ſupra de minorib.l.in cauſæ.§.penult. & facit ſupra titu.j.l. imperator.§. ſi centum. Sed an hîc fideicommiſſarius teneatur creditoribus? dic vt not. ſupra eo.l. ſi quis ſeruis.§.fina. Item proprietas loci vbi ſita eſt menſa, nõ curo cuius ſit, legantis, vel ab alio conducta: quia ipſa non fuit legata.

a] Hic not. quòd licet mercatoribus ſe inuicẽ decipere.

e *Quæſtu.* ſupra pro ſocio.l.coiri.&.l.quæſtus.& ſupra quan.act. de pecu.eſt an.l.j.§. penul.ibi, Pegaſus autem &c.

*Pater filiæ.*] CASVS. Maritaui filiam meam Titio, & ei filiæ nubenti donaui quædam mancipia ſimpliciter: & ſic donatio non valuit. poſtea feci teſtamentum, & inſtitutis mihi heredibus dicta mancipia per fideicommiſſum reliqui eidem filiæ, & ita expreſsè confirmaui donationem prædictam. trahitur ergo retro tantum donatio: vt etiam ſi mancipia ſint mortua antè dictum teſtamentum, nihilominus partus pertineat ad filiam ex cauſa fideicommiſſi. & idem eſt in donatione quã fecit maritus vxori matrimonio conſtante, & poſtea confirmat. Viuianus.

A f *Mancipia.* vel æſtimata vel inæſtimata: & ita debetur vtroque caſu filiæ æſtimatio: quia rem alienam filiæ potuit legare, debeatur filiæ à marito, an non: quia non concurrunt duæ cauſæ lucratiuæ. maritus enim non donauit vxori: vt infra de act. & oblig. leg. ſi is qui. & infra de libe. leg. l.iij.§. fina. ſecus ſi pater primò legaſſet, & poſtea in dotem dediſſet. Azo. quod dic vt Cod. eod. leg. filia & ſupra titu.j. leg. huiuſmodi. §. cum pater.

Si pater legat filiæ res quas dedit in dotem filiæ, debetur æſtimatio ipſarũ, & earum quę ex eis natę ſunt, ſi ſunt dotales. Idem ſi res donatæ legẽtur vxori. Bart.

Pater filiæ mancipia [f] quæ nubenti dedit, verbis fideicommiſſi pręſtari voluit. Partus ſuſceptos,
B etſi matres antè teſtamentũ mortuæ fuiſſent, ex cauſa fideicõmiſſi præſtandos [g] reſpondi: nec aliud [h] in vxore cõfirmatis donationibus [i] pridem obſeruatũ eſt.

Per ſimplicem diuiſionem nõ tollitur ius fideicommiſſi: & ideo non tenetur quis de periculo rerum vltra quàm teneretur primò. Bartolus.

Hereditatem [k] poſt mortem ſuã rogati reſtituere, nominũ periculo quæ per diuiſionẽ obtige-
C runt, inter coheredes interpoſitis delegationibus nõ adſtringũtur: non magis quàm prędiorũ, [l] cum [m] permutatio rerũ diſcernẽs cõmunionem [n] interueniet.

Qui legat hereditatẽ ſibi quæſitam, non videtur legare fructus quos ipſe conſumpſit. Bartolus.

g *Præſtandos.* contra infra titul.j.l.vxorem.§. ſorori. Solu. hoc ideo contingit, quòd hi partus dotales ſunt: ideóque ſi appellatione datorum in dotem contineantur, non eſt mirũ: vt Cod. de rei vxor. act. le.j.§. itaque. & ſupra de iure dot. le. cum poſt.§. fina. Ro. & eodem modo non obſtat ſupra de vſu. l. Paulus reſpõdit, mora. in principio.§. j. nam ibi non proceſſerant à legante matres: vt hîc fuit. licet ergo non ſint in dotem dati, ſed potius nati, quaſi per medium in dotem dati & ipſi videntur occaſione matrum, ſiue inæſtimati, ſecundùm Rom. ſiue etiam æſtimati, ſecundùm. Azo.

cc.l. qui Romæ.§.vlt.ꝟ de verb.obl.

h *Nec aliud.* imò idem multo magis: quia trahitur retro: vt Cod. de donat. inter virum & vxor. leg. antepenultimo.

i *Donationibus.* à viro viuente collatis. Rog. & dic tacitè vel expreſsè. Azo.

*Hereditatem.*] CASVS. Inſtitui mihi ſex heredes: & rogaui tres
D eorum vt partes eorum de dicta hereditate mea reſtituerent Titio poſt mortem ſuam heredum. dicti heredes diuiſerunt inter ſe nomina hereditaria, ita quòd cuilibet ex heredibus adſignati fuerunt certi debitores, & delegationes inter eos factæ fuerunt. illi autem debitores qui fuerant delegati illis tribus heredibus qui fuerunt rogati de reſtituendis partibus eorum Titio, fuerunt facti non ſoluendo viuentibus tribus dictis heredibus. mortuis tribus heredibus prædictis vult Titius cui ipſi debebant reſtituere, vt dictum eſt, partes eorum: nunquid erit heredum mortuorum periculum nominum prędictorum? Certè non, ſicut nec periculum prædiorum debet ad eos pertinere quando ipſi heredes diuiſerunt communionem prędiorum permutando res & prædia hereditaria inter ſe, id eſt quia vnus coheres dat alteri partem quam habet in vno prędio, vt in alio prędio recipiat ab eo partem quam non habet. Viuianus.

k *Hereditatem.* duo inſtituti, & de reſtituendo poſt mortem roga-
E ti, non tenentur de periculo nominum vel corporalium rerum: licèt diuiſerunt hæc inter ſe. & hoc niſi lata culpa intercedat: vt.ꝟ. ad Trebel.l. mulier.§.ſi enim.&.l. deducta.§. cum autem.&.ſ.tit.j. l. ſi ſeruus legatus.§. cum quid.

l *Prædiorum.* periculo. Azo.

m *Cum.* id eſt quando.

n *Communionem.* per diuiſionem. Azo.

*Filia mea.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem filiam meam cum quibuſdam aliis, & ita dixi: Volo quòd filia mea habeat antè partem domum meam Titianam quæ fuit matris ſuæ. Certè de domo non eſt dubium quin debeat habere filia. Sed nunquid debet habere fructus quos percepit pater ex dicta domo poſt factum teſtamentum, & antè mortem ſui patris? Et certè ſic, ſi pater cum eos colligebat, ponebat ſeparatim & per ſe, nec eos conſumebat, vel in patrimonium ſuum vertebat. aliàs autem non videntur filiæ relicti. Viuianus.

a *Filia.* pater loquitur.
b *Rem.* quæ olim in totum, hodie quo ad vſumfructum patri quæritur.
c *Medio.* antè mortem, & poſt teſtamentum.
d *Nec in ſeparato.* tunc enim eſſet contra.j̃.titu.j.l,xj.§.ſi rem.& infra de adimen. leg.l.penult.§. fi. Item contra infra de pecu.leg.l.fina. Solu. ibi.
e *Conuertit.* ſupra eo.l. Lucius.

*Dulciſsimis fratribus.*] CASVS. Titia habens duos fratres, & vnum filium, inſtituit ſibi heredem filium: & ita locuta eſt filio in teſtamẽto: Volo concedi per te filium omnia quæcunque mihi ſuperſunt in Pamphilia, Lycia, vel vbicunque de aliis meis bonis, fratrib⁹ meis, qui ſunt tui auũculi: & hęc omnia ideo relinquo eis, quia nolo quòd cũ eis habeas aliquam cõtrouerſiam. Certè hæc ratio poſita in fine verborũ teſtatricis facit vt mulier videat̃ reliquiſſe fratrib⁹ omnia quę ſunt ei cõmunia cum fratribus: cum per illam rationẽ videatur ipſa proſpexiſſe vt ſedaret diſcordiã filij & fratrum: quas diſcordias ſolet excitare cõmunio nõ autem videtur eis fratrib⁹ ſuis reliquiſſe alia quæ non remãſerunt ei mulieri cõmunia cum fratribus: de quibus exemplum ponit ibi, ex eiſdẽ igitur &c. Viuianus.

† In hãc ſententiã multa præclarè Ariſtot. lib. 2. Polit. c. 3. & Valer. Max. lib. 7. ca. 8.

A *Filia* [a] *mea præcipiat, ſibíque habeat volo rem* [b] *matris ſuæ.* Fructus quos medio [c] tẽpore pater percipiet, nec in ſeparato [d] habuit, ſed abſumpſit, vel in ſuum patrimonium conuertit; [e] non videntur filiæ relicti.

Dictum reſtringitur per rationem. Bartolus.

B *Dulciſsimis* [f] *fratribus meis, auunculis autem tuis, quæcumque* [g] *mihi ſuperſunt in Pãphilia, Lycia, vel vbicumque, de maternis bonis, concedi volo, ne quam* [h] *cum his controuerſiã habeas.* Omnia corpora maternæ hereditatis quæ in eadem [i] cauſa dominij manſerunt, ad voluntatem fideicõmiſſi pertinent. Ex iiſdem igitur facultatibus percepta pecunia, [k] & in corpus proprij [l] patrimonij verſa, [m] item iure diuiſionis res propriæ factæ, non præſtabuntur: cum diſcordiis [n] propinquorum ſedandis proſpexerit, quas materia cõmunionis † ſolet excitare. [o]

Traditio clauium & aſſignatio rerum in dubio præſumitur cauſa cuſtodiæ ſi titulus habilis non præcedit ad dominij tranſlationem. Bartolus.

C Pater pluribus filiis heredibus inſtitutis moriens claues & anulum cuſtodiæ cauſa [p] maiori natu filiæ tradidit: & libertũ eidem filiæ, qui [q] præſens erat, res quas ſub cura ſua habuit, adſignare iuſſit. Cõmune filiorum negotiũ geſtum intelligebatur, [r] nec ob eam rem apud arbitriũ [ſ] diuiſionis pręcipuã cauſam filiæ fore. [t]

f *Dulciſsimis.* mater eſt quæ filio loquitur, fratribus relinquens bona quæ communia cum eis habebat ex ſucceſſione matris eorum communis.
g *Quæcunque.* hoc facit pro auunculis.
h *Ne quam.* hoc obiiciebat auunculus. Et ſic not. quòd hoc reſtringit primò generalia verba. nam cum ſupra dixerit generaliter de omnibus bonis cõmunibus & non cõmunibus cum fratribus matris, reſtringitur ad communia: & hoc ne quam cum his &c. ſic infra de acquiren. poſ.l. ſi is qui.
i *In eadem cauſa.* i. ſicut per maternam ſucceſſionem pro indiuiſo ad hunc teſtatorem peruenerunt, & ſic communia cum fratribus. & facit.j̃.tit.j.l.prædiis.in princi.
k *Pecunia.* ab iſta matre.
l *Proprij.* non communis.
m *Verſa.* maximè. nam idem dicam & ſi habuit eam ſeparatam, vt ſtatim ſubiicit de rebus diuiſis: & tunc ratio ſequens idem probat. Sed arg. contra.s̃.eo.l.idem ſeruandum.
n *Diſcordiis.* Nota inſpici cauſam legandi. ſic.j̃. de condit. & demonſt.l.illis libertis.
o *Excitare.* ſic. C. quando & qui.quar. pars. l. ij. & ſupra de ſer, vrb.prædi.l. in re communi. &. C. de donatio. l. ſancimus. §. ſin autem. Item ad hoc infra eo.l.Lucius.in prin. &. l. Gaius. & ſupra eo.l.j.§.curatoris.

*Pater pluribus.*] CASVS. Titius habens duos filios, & vnam filiã, inſtituit eos ſibi heredes, & filiæ tradidit claues & anulum cauſa cuſtodiæ, & Pãphilũ libertũ ſuum qui erat ibi præſens: & res quas ſub cura habuit dictus libertus, iuſſit eidem filiæ aſſignari. Certè non poterit filia propter hoc dictas res habere præcipuas. Vi.

p *Cuſtodiæ cauſa.* quod ſemper præſumitur.
q *Qui.* libertus. Accurſius.
r *Intelligebatur.* aliàs intelligitur.
ſ *Arbitrium.* i. iudicẽ familiæ erciſcũdæ, ordinariũ vel delegatum.
t *Fore.* refert ergo quid dator clauium agat. Ro.

A *Cum imperfecta.*] CASVS. Titius inter alia verba quæ dixit in teſtamento ſuo, ita dixit: Sempronio. x. in ſuperioribus autem dixerat, vel dixit in ſequentibus, Titio fundum lego. vel dixerat, Titio fundum talem per fideicom. relinquo. Certè verbum lego vel relinquo, licét non ſit ibi appoſitum in verbis ſemiplenis vel imperfectis quæ dicta ſunt de Sempronio: tamẽ quia in pręcedentibus vel in ſequentibus appoſitum eſt verbum lego vel relinquo, iungitur etiã cũ illis ſemiplenis verbis: quia congruit eis, & iũctum cum illis perfectã reddit orationem, & eſt bona latinitas. ſecus autem eſſet ſi verbum nõ congrueret: vt puta dixit teſtator, Semproni⁹ x. Titio fundum lego vel relinquo. quia verbum, lego vel relinquo, non conuenit verbis p̃dictis ſemiplinis: nec eis poteſt coniũgi ſalua ratione recti ſermonis: & ideo non coniungitur. Viuianus,

Oratio imperfecta perficitur ex præcedenti & ſequenti, ſi cõgruè fieri poteſt. Bartolus.

B Cum imperfecta [u] ſcriptura inuenitur, ita demum verbum legati vel fideicõmiſſi quod præcedit vel ſequitur, ad communionem adſumitur, ſi dicto ſcriptum [x] congruat.

Iuramentum teſtatoris vel heredis habet vim repetitionis ab inteſtato. Bartolus.

C Filius matrem heredem ſcripſerat, & fideicõmiſſa tabulis data cum iuriſiurandi [y] religione præſtari rogauerat, cũ teſtamentum nullo iure [z] factũ eſſet. nihilo minus matrem legitimã heredem cogendã pręſtare fideicommiſſa reſpondit. nã enixę [a] voluntatis preces ad omnem ſucceſſionis [b] ſpeciẽ porrectę videbãtur.

Verba quæ proferuntur modo conſilij, non important neceſſitatem. Bartolus.

u *Cum imperfecta.* duobus modis dicitur imperfecta. Primò. i. ſemiplena: puta dixit, Sempronio decem. ſuperiori autẽ parte vel inferiori dixit, Titio nominato fundum lego. & ſic verbum lego, eſt cõmune: ſic. s̃. de eden. l. ſi quis ex. §. ſi initium. ſecus ſi non congruit, puta Titio. x. lego, Sempronio Romę. Secundò imperfecta, quia non propriè ſignificat quid teſtator ſenſit: quia dixit, Transfero in illum decem, vel muto. nam quia aliquo modo adaptari poteſt D ſignificatio poſitorum iis quæ debuerunt poni, tenet. ſecus ſi eſſet omnino extranea: vt.j̃.titu.j,l.librorum.§.quod tamen Caſſius. & s̃.tit.j.l.iiij. & facit.s̃. tit.j.l. ſi in teſtamento.
x *Scriptum.* id eſt id quod non fuit ſcriptum, ſi fuiſſet ſcriptũ, bene conueniret cum dictis ſecundùm primũ. vel ſcriptũ ſcilicet impropriè, cõgruit dicto, id eſt ei quod dicere voluit ſecundùm alium.

*Filius matrem.*] CASVS. Inſtitui heredem matrem meam: & ab ea fideicõmiſſa reliqui: & feci eam iurare quòd ea pręſtaret. apparuit poſtea teſtamentũ meum nullũ ipſo iure, & ipſa mater hereditatem meã habuit ab inteſtato. nũquid cogetur pręſtare dicta fideicõmiſſa? Et dicitur quòd ſic. & rationẽ reddit in litera. Viuianus.

y *Iuriſiurandi.* à ſe teſtatore præſtiti. Arg.j̃.ti.j.l. cum quis de.§. codicillis. & in auth. de iureiu. à morien. præ.§.j.coll.v. vel ab herede pręſtandi. voluit enim matrem iurare de his pręſtandis: vt.C. cõmunia de lega.l.ij.in princip. & fortè ideo ſic fortiter rogabat, quia teſtamento ſuo ſolemnitatem deeſſe credebat.
E z *Nullo iure.* quò ad fideicommiſſi ſolennitatem.
a *Enixa.* id eſt porrectæ, & ſic adiectiuum ſubſtantiui, preces: vel ſubſtantiui, voluntatis. aliàs obnixæ, id eſt vinculo iuramenti firmatæ &c.
b *Succeſsionis.* etiã ab inteſtato. & ſic eſt contra. C. de fideicommiſ.l.ſi veritas. &. l. ex teſtamento. &. l.eam. Sol. hîc ſpeciale propter dictum iuramentum.

*Mando filiæ.*] CASVS. Inſtitui mihi heredes duas meas filias, ſcilicet Titiam & Seiam: & poſtea dixi in eodem teſtamento, Mando filiæ meæ Titiæ, ſolicitus pro ipſius ſalute, vt donec habeat filios, non faciat teſtamentum: & ita poterit viuere ſine periculo. nunquid propter dicta verba rogaſſe videor Titiam filiam meam vt partem ſuam hereditatis reſtituat ſorori ſuę Seiæ? Et certè non: quia verba pędicta fuerunt conſilium, & non pręceptum. & hoc dicunt illa verba, quòd., id eſt quia non prohibuit eam teſtari de pecunia ſua, id eſt de eo quod ſibi reliquit pater,

pater, ſed obtentu conſilij voluit derogare iuri communi, quod concedit vnicuique teſtandi facultatem: & hoc dico prohibendo fieri teſtamentum. Viuianus.

a *Ipſius.* ſcilicet filiæ.

b *Apparuit.* licet antequam liberos habeat teſtetur. Azo. Sed contra infra eod. l. penult. Solu. ibi. Item cõtra infra ad Trebell. l. qui filium. Sol. ibi alia euidẽter voluntas teſtatoris apparet.

c *Teſtari.* ſcilicet prohibuit. ſequens enim verbum prohibẽdo hîc cõcipitur. Azo.

Verba præceptiua quãdoque conſilium ſonant.

d *Conſilij.* Nota verba præceptiua eſſe cõſiliũ: vt hîc, & ſ. ead. l. §. curatoris. & econtra ſuaſoria inducunt neceſſitatem: vt dicimus ſupra eod. l. peto. §. reſpon. & l. vnum. §. fi.

† Facit ad hunc §. ca. vnicũ cum gl. ſuper verbo, administrare. extra de ſcruti. in or. facien.

e *Iuri.* ſcilicet commuuni ad tempus conſulendo ne faciat teſtamentum: & quia eſt filiæ fauor, poteſt ei renunciare: vt. C. de pact. l. pen. & hîc dicitur.

*Rogo filiæ.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi filiã ſuam heredẽ: & ita dixit ei in eodẽ teſtamẽto: O filia rogo te vt bona tua ſcilicet quæ tibi relinquo, quandocumque deceſſeris diſtribuas inter liberos tuos, ſicut vnuſquiſq; eorum meruit communicare. Certè videtur relictum fideicõmiſſum filiis filiæ, quamuis nõ æqualiter meruerunt, dum tamen nõ offenderint: quia illi qui offenderunt eam, non admittuntur. & hæc omnia cum mater non eligit aliquos. &. h. d. à princip. §. vſque ad verſicu. eos autem. cum cauda verſicu. qui incipit, quòd ſi neminem. ſi autem mater elegit quoſdam ex filiis fratris qui ei ſeruierant, & erant alij qui non ſeruierant: tunc omnes qui ſeruierunt, ſoli admittuntur & electi & non electi: non autem alij qui non ſeruierunt. & idem eſt ſi omnes qui ſeruierunt elegit. & hoc dicit ille verſiculus, eos autem & cætera. vſque illuc, quòd ſi neminem &c. Viuianus.

*Mando filiæ meæ, pro ſalute ſolicitus ipſius,* [a] *vt quo ad liberos tollat, teſtamentum non faciat. ita enim poterit ſine periculo viuere.* Fideicommiſſariam hereditatẽ ſorori coheredi non videri relictam apparuit: [b] quòd non de pecunia ſua teſtari: [c] ſed obtentu cõſilij [d] derogare iuri, [e] teſtamentum fieri prohibendo, voluit.

Si non eligitur vnus ex certis, omnes admittuntur qui nõ ſunt indigni. Bartolus.

*Rogo* † *filia, bona tua* [f] *quandoque diſtribuas liberis tuis, vt* [g] *quiſque de te meruerit.* Videtur omnibus liberis, etſi non æqualiter promeruerint, fideicommiſſum relictũ: quibus, matris electione ceſſante, [h] ſufficiet ſi nõ offenderint. [i] Eos autem quos mater elegerit, fore potiores, ſi ſoli promeruiſſent, [k] exiſtimaui. Quòd ſi neminem elegerit, eos ſolos non admitti, [l] qui offenderunt.

Quando verba ſunt diſpoſitiua, non refert cum quo quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur. Bartolus.

Donationis prædiorum epiſtolam ignorante filio mater in æde ſacra verbis fideicommiſſi non

f *Tua.* quæ es habitura à me, vel habes à te, cum & mihi ſis heres: vt. j. ead. l. §. Titio.

g *Vt.* id eſt ſicut.

h *Ceſſante.* Not. ceſſante, id eſt matre neminem eligente. ſi enim nullum eligat, vel eligat indignum, omnes admittũtur, tam illi qui ſeruierunt, quàm illi qui non offenderunt: vt hîc, & in fi. huius. §. & ſ. eo. l. cum quidam. ſi verò eligat eos qui ſeruierant: alij qui non ſeruierunt, licèt non offenderint, repelluntur. ſi verò ſunt qui ſeruierunt, quos tamen cum aliis non elegit, ipſi admittuntur. & hoc indicat verbum ſoli, infra poſitum.

a] Concor. gl. in c. bonæ memoriæ. j. ſuper verbo, naturã in fi. extra de elec. vbi dicit q̃ quilibet preſumitur idoneus, niſi probetur contrariũ.

i *Non offenderint.* nam & alias præſumitur quid legitimè factum: [a] vt inſtitut. de fideiuſſ. §. fina. & infra de iniur. l. iniuriarum. §. j. & facit infra de manu. teſta. l. ſeruos. & infra de ſtatulib. l. Labeo. in fin. & ſupra ead. l. §. hereditatem. & l. cum quidam. & l. vnum. §. rogo. & infra titu. j. l. xj. §. quanquam. & infra de fideicom. lib. l. ſi eum. §. ex iuſta.

k *Promeruiſſent.* quo caſu non ſufficit liberis aliis non offendiſſe.

l *Non admitti.* id eſt repelli.

*Donationis prædiorum.*] CASVS. Titia fecit quandam epiſtolam in qua ita ſcripſit: Filio meo Titio dono duo prædia quæ habeo in tali loco. & depoſuit illam epiſtolam in quadam eccleſia ignorante dicto filio, & miſit tales literas ad ſacriſtam dictæ eccleſiæ: Inſtrumentũ voluntatis meæ vltimæ, id eſt dictam epiſtolam quam depoſui in tua eccleſia, volo tradi filio meo prædicto poſt mortẽ meam, & nõ antè. poſtea deceſſit dicta Titia, & plures ab inteſtato habuit heredes. Certè videtur mater prædicta reliquiſſe per fideicom. dicta prædia filio ſuo per verba dicta: nec obſtat, quod Titia direxit verba ad ſacriſtam, & non ad filium: non enim &c. vt dicit litera in fine. Viuianus.

m *Non ſubnixam.* ita ſcilicet, dono centũ filio meo. hæc enim verba non fideicõ. ſed donationem innuunt.

n *Depoſuit.* apud æditũum.

o *Ad æditũum.* id eſt ad eum qui edes tuetur: vt inſtitu. de tu. §. j. Azo. id eſt aliquem magiſtratuum.

p *Poſt mortem.* ex hoc videtur fideicõmiſſum.

q *Non enim quæri.* Not. bonum verbum. ſic. ſ. e. l. miles. in princip. & l. vnum. in fi. & l. peto. in princip. & ſupra titu. ij. l. quidam. & infra titu. j, l. cum quis. §. Seia. Accurſius.

ſubnixam [m] depoſuit, [n] & literas tales ad æditũum [o] miſit: *Inſtrumentum voluntatis meæ poſt mortem* [p] *meam filio meo tradi volo.* Cum pluribus heredibus inteſtato * diem ſuum obiſſet, intellegi fideicommiſſum filio relictũ reſpondi. Nõ enim quæri [q] oportet, cum quo de ſupremis quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur.

* Sic Flo. & in omnibus meis manuſcr. ſunt qui leg. eſſe aſſerant inſtitutis, & ita ſe reperiſſe in vet. libris. Cuiac. in Pauli ſent. lib. 4. tit. 1.

Qui venit contra voluntatem defuncti in eo quod eſt cauſa fideicommiſſi, ab eius petitione repellitur. Bartolus.

Libertis prædium reliquit, [r] ac petiit ne id alienarem, [ſ] vtque in familia libertorum retinerent. ſi excepto vno cęteri partes ſuas vendiderint: [t] qui non vendidit, cæterorum partes, quibus non dedit alienandi voluntatem, [u] integras petet. eos enim ad fideicommiſſum videtur inuitaſſe, qui iudicio paruerunt. [x] alioquin [y] perabſurdum erit, vice mutua petitionem induci: ſcilicet vt ab altero partem alienatam quis petat, cum partem ſuam alienando perdiderit. [z] Sed hoc ita procedere poteſt, [a] ſi pariter alienauerint.

*Libertis prædium.*] CASVS. Titius habet quinque libertos pone, ſcilicet Primũ nomine, & ij. & iij. & iiij. & v. eis omnib⁹ reliquit fundũ in alios nõ alienãdum. Certè ſi primus & ſecũdus & tertius & quart⁹ partes ſuas ſimul extraneo vendiderunt: ſolus quintus qui ſuã partem non alienauit, ad reuocandas aliorum partes admittetur. at ſi primò primus, poſtea ſecũdus deinde tertius partem ſuam alienauit, ad partem primi reuocandam omnes admittũtur ipſo excepto. ad partem ſecundi reuocandam nõ primus neque ſecundus, ſed alij admittuntur. ad partem tertij nõ primus neque ſecundus, neque ipſe, ſed alij qui non alienauerunt, admittuntur. & ſic licèt ad partem tertij non admittatur ſecũdus, tertius tamen ad ipſius partem primò alienatam admittitur. ſed ſi primus ſecundus tertius & quartus non alienatis ſuis partibus decedant, ſicque eorum partes ad quintum perueniãt: ipſe dum ſine liberis moritur relinquere poteſt partẽ ſuam cui vult: nec erit qui poſſit reuocare. Viuianus.

r *Reliquit.* ſcilicet patronus.

ſ *Ne id alienarent.* fortè aliud eſt cum pater duobus filiis inſtitutis viciſſim eos per fideicommiſſ. ſubſtituit, nec expreſſim prohibuit alienationem. nam ibi licèt vnus alienet, nihilominus alterius partem reuocabit: quia non fecit expreſſe contra voluntatem. Itẽ hîc nullo modo tenet alienatio: quia teſtator prohibuit eam. ſed ibi tenet ſtatim, licèt reuocetur ex poſt facto: ſecundum Azo.

t *Vendiderint.* vnus poſt alium.

u *Voluntatem.* ſed ſi conſenſit, nunquid ſtatim pretium petet? Videtur quòd ſic: vt ſupra titu. j. l. ſi fundum per fideicom. in princip. Sed contra infra eo. l. codicillis. §. inſulam. Azo. ADDITIO. Pro ſolutione huius contrarij vide Barto. in l. fundum per fideicõmiſſum. in princ. ſupra titu. j.

x *Paruerunt.* id eſt non alienauerunt, vel non conſenſerunt. Acc.

y *Alioquin.* id eſt ſi non alienauerunt, vel non conſenſerunt, ſecũdum R. & malè: quia & is qui alienauit, inuitatur in partibus alienatis priuſquam ipſe alienauerit: vt infra ſequitur. Item ſi conſenſerit quibuſdam, tamen in aliis non paratur ei præiudicium, vt hîc innuit. Intelligas ergo hîc in partibus alienatis poſtquam alienauit is qui vult reuocare alienatum ab altero. ſecus ſi conſentiat alienanti: quia fauori ſuo videtur renuntiare: vnde partes alienatas poſtea ſine ſe reuocat: quia in nullo peccauit, ſecundùm. Azo.

z *Perdiderit.* ſ. ius petendi in alienatis poſt. ſecus ſi antè. Azo.

a *Procedere poteſt.* ſcilicet vt iure alienetur, vel vt nemo repetat alienatum: quia abſurdum ſit, vt dictum eſt, vice mutua in-

Cæterum prout quiſque prior [a] alienauerit, partẽ poſterioribus non faciet. [b] Qui verò tardius [c] vendidit: ei qui non vendidit, [d] in ſuperiorum partibus [e] feciſſe partem intellegitur. At ſi nemo vendiderit, [f] & nouiſſimus ſine liberis vita deceſſerit: fideicommiſſi petitio non ſupererit.

B Filius libertæ connumeratur in familia libertorum. Bartolus.

Cum inter libertos ad prædij legatum liberta quoque fuiſſet admiſſa: [g] quod [h] patronus petiit, vt de nomine familię [i] † non exiret, heredem libertæ filium [k] partem prædij quam mater accepit, retinere viſum eſt.

Si ille quem defunctus putabat ab inteſtato ſucceſſurũ inſolidũ, ſuccedit pro parte: legata ab eo nominatim relicta præſtabuntur pro parte libertatis inſolidũ. Bar.

C Cum exiſtimaret [l] ad ſolam conſobrinam ſuam bona peruẽtura: codicillis ad eam * factis, pluribus fideicommiſſa reliquerat. Iure ſucceſſionis ad duos [m] eiuſdem gradus poſſeſſione [n] deuoluta, rationibus [o] æquitatis, & perpetui [p] edicti exemplo, pro parte dimidia mulierem releuãdam reſpõdi: ſed libertates ab ea præſtandas, [q] quas intercidere damni cauſa [r] durum videbatur.

Si fideicom. inuicem datũ cõtinet tantumdem in quotitate & quantitate, non valet. Item æſtimatio teſtatoris nullam neceſſitatem inducit. Bartolus.

B Pater qui filio ſemiſſem dederat, & ſororibus eius impuberib9 quadrantes, quibus fratrem tutorem dedit, ita fuerat locutus: *Fili contentus eris pro tuo ſemiſſe aureis ducentis:* [ſ] *& vos filiæ, pro veſtris quadrantibus, centenis aureis.* Vice mutua liberis fideicommiſſum hereditatis [t] reliquiſſe non videbatur, ſed æſtimationem (vt à parentibus frugi [u] fieri ſolet) patrimonij ſui feciſſe: nec idcirco fratrem iudicio tutelæ bonæ fidei C rationes quãdoque præſcriptione demonſtratæ quantitatis excluſurum. [x]

Si teſtator grauat heredem in eo quod ſibi heredi debebat, & debitum cum fructibus compẽſat, fraudem facere non videtur. ſecus ſi debitum cum Falcidia compenſaret. Bartolus.

† Nomẽ familiæ, perſonas & hereditatem cõplectitur. l. fi. C. de verbo. ſigni. ſed quomodo cognoſcatur, vide ibi docto. maximè Barto.

* ab ea

duci petitionem. Azo.

a *Prior.* Pone Titius & Mæuius & Seius & Gaius ſunt liberti. alienauit Titius primò, Mæuius ſecundò, Seius tertiò, Gaius quartò. in alienatis à primo omnes tres ſequentes admittuntur. in alienatis à ſecũdo admittitur tertius & quartus in alienatis à tertio ſolus admittitur quartus. in alienatis à quarto nullus. & ita regula eſt vt de alienato poſtquam alienaui nihil petam: in alienatis prius petã pro parte. Azo.

b *Non faciet.* id eſt non faciet vt alij qui fortè nondum alienauerunt, ſcilicet tertius & quartus, vendicent tantùm pro parte partẽ ſecundi alienatam. imò totam petent: nõ obſtante primo qui ſuam antè alienauit. at licèt huic ſecũdò alienanti amodò actio non naſcatur, nata tamen primo in parte primi perſeuerat.

c *Tardius vendidit.* puta tertius.

d *Non vendidit.* puta quartus.

e *Partibus.* primi & ſecundi qui ante alienauerunt.

f *vendiderit.* etiam. nã & ei qui vẽdidit poſterius, faciet partem. Azo. & facit ſupra titu. j. l. nihil. §. j. &. j. de annuis lega. l. Quintus. &. C. de fideicommiſſ. l. quoties. &. ſ. titu. j. l. filiusfamilias. §. diui. &. j. titu. j. l. pater. §. quindecim. & ſupra de mino. l. auxilium. in fine.

*Cum inter libertos.*] CASVS. Titius habebat tres libertos, & vnam libertam: eis omnibus fundum legauit non alienandum in alios. dicta liberta habebat vnum filium ſuum collibertum: & ea mortua fuit eius heres. Certè illam partem prædicti fundi quam liberta accepit, retinebit filius eius. nam erat ita bene libertus teſtatoris D ſicut ipſa. Viuianus.

g *Admiſſa.* vt infra de verbo. ſigni. l. liberti.

h *Quod.* ſubaudi de eo quod &c. vel quod. ſ. legatum prædium.

i *Familiæ.* libertorum.

k *Filium.* fortè collibertum. cæterum familiæ maternæ (aliàs paternæ) quid pertineret? Reſpon. certè nihil: vt infra de obſe. l. heres. & infra de iniur. l. non ſolum. §. quamquam. & infra titu. j. l. pater. §. j. quæ ſunt contra. Sed certè ſecundùm Azo. imò videtur eſſe de familia, licèt ſit ingenuus: quia viuente matre vt liberta poteſt reuocari in ſeruitutem: vt. C. de libe. & eorum libe. l. fina. & hoc innuit lex iſta, cum inter & cætera. quaſi diceret, quia mater. nam ſi filius eſſet libertus, admitteretur, ſiue admittatur mater, ſiue non. Sed argu. contra. ſ. eo. l. peto. §. fratre. Sed poteſt dici quòd ibi non loquitur de familia libertorum. Accurſius.

*Cum exiſtimaret.*] CASVS. Titius habens vnam conſobrinam, & vnum conſobrinum, & neſciens ſe habere conſobrinum, & E ſic credens ad ſolam conſobrinam prædicta omnia ſua bona debere peruenire ab inteſtato, fecit codicillos, & ab ea reliquit plura fideicommiſſa, & libertates. mortuo Titio peruenit hereditas eius ad conſobrinum & ad conſobrinam. Certè conſobrina tenetur tantùm pro parte ad ſoluenda fideicommiſſa pecuniaria ab eo relicta. ſed libertates ab eo relictas inſolidum præſtare debebit: quia durum videtur releuare conſobrinam in medio damno libertatis præſtandæ, & ſic facere intercidere libertates prædictas, id eſt interire. interirent enim in totum ſi pro parte interirent. nam nemo poteſt eſſe pro parte liber, & pro parte ſeruuus. Viuianus.

l *Dum exiſtimaret.* ſcilicet aliquis.

m *Ad duos.* ſcilicet dictam conſobrinam & alium.

n *Poſſeſſione.* vnde cognati.

o *Rationibus æquitatis.* aliàs deeſt æquitatis.

A p *Perpetui.* id eſt generalis, quo continebatur, vbi emolumentum minuitur, & onus. ſic & in inſtituto: vt infra titu. j. l. fina. ſed certè imò adhuc inſolidum tenetur conſobrina: vt infra titu. j. l. poſt emancipatum. §. item quæſiit. &c. Solu. hic de æquitate, vt hîc prædixit. vel dic vt ibi. ADDITIO. Vel dic aliter ſecundùm Barto. quòd ibi ſuccedit pro parte, ſicut teſtator putabat, licèt non eodem modo quo putabat: hîc verò ſucceſſit pro parte, & teſtator putabat inſolidum.

q *Præſtandas.* ſcilicet reſpondit.

r *Damni cauſa.* id eſt ea ratione ꝙ habeat damnum conſobrina. nam hîc non attenditur. Sed cur non præſtatur ab vtroque ſicut fideicommiſſ? Reſpõ. quia fideicommiſ. pro parte præſtari poteſt, libertas nõ: vnde ab eo ſolo præſtatur qui rogatus eſt. Azo. redemptis partibus à coherede, ſcilicet iſtius ſerui qui debuit manumitti: vt. ſ. titu. ij. l. qui graui. & l. ſeq. Sed videtur quòd à nullo: vt. ſ. titu. ij. l. pen. in fine. Solu. hîc æquitas: vt & ſupra eo. l. cum filius. in princ. ibi rigor. & facit infra de excep. rei iudi. l. iudicatæ. in princip. & de libe. cau. l. duobus. &. C. de inoffi. teſta. l. cum duobus. & ſupra de pact. l. tale. §. fina. &. j. de verbo. oblig. l. eum qui ita. §. te & Titium. &. j. titu. j. l. j. §. fina. & infra eo. l. ſi quis teſtamento & infra ad Trebel. l. epiſtolam.

*Pater qui filio.*] CASVS. Titius habens filium maiorem. xxv. an. & duas filias impuberes, reliquit filio ſex vncias bonorum ſuorũ, D & duabus filiabus alias ſex vncias: & dictum filium ſororibus ſuis tutorem dedit: & ita dixit poſtea: Fili contentus eris pro tuo ſemiſſe ducentis aureis: & vos filiæ ſitis contentæ cẽtenis aureis pro veſtris quadrantibus, id eſt pro veſtro ſemiſſe quem vobis reliqui. Certè non videtur pater rogaſſe eos per fideicommiſſum vt vnus alteri reſtitueret id quod plus habet de hereditate quàm ſit quantitas à patre deſignata: imò videtur pater æſtimaſſe patrimonium ſuum, ſicut boni patres ſolent facere: & ideo fratrem eundémque tutorem ſororum ſuarum non excluſurum aliquo tempore rationem reddendæ tutelæ ſororum, ſcilicet quin teneatur reddere rationẽ eiam de eo quod ſorores habent plus in earum ſemiſſe quẽ pater poſtea æſtimauit dicendo: Et vos filiæ pro veſtris quadrantibus &c. quod eſt. ſ. in litera. Viuianus.

ſ *Aureis ducentis.* per hæc verba videbatur legaſſe. cc. filio: & eũ rogaſſe reſtituere quicquid habet de hereditate: ſic econtra dic filiabus. quod remouet hæc lex. Accurſius.

E t *Hereditatis.* nec etiam aureorum. nam quantum dat filiis in aureis, tantum recipit: & ſic filiæ dat. & eodem modo in partibus hereditatis. vnde videtur ridiculum: vt. j. ad legem Falc. l. ſi fundus. in fi. ſecus ſi appareat vtilitas eius cui relinquitur: vt. ſ. eod. l. peto. in princ. quæ eſt contra. ADDITIO. Dic quod hoc ideo, quia eſſet ridiculum. tantum enim daret vnus quantum acciperet. ſimile. ſ. ti. j. l. ab omnibus. §. quòd ſi Titio. ſecundum Bartolum.

u *Frugi.* fruges ſuas æſtimantibus. q. d. benè ſufficit quod dimitto vobis, quia valet tantum.

x *Excluſurum.* id eſt, frater idémque tutor non excludet rationes quin in ſolidum ſubſtantiam teneatur, licèt teſtator videatur eam taxaſſe. & hoc dicit præſcriptione taxatæ quantitatis, ſcilicet à teſtatore: vt hîc, &. C. arbi. tut. l. j. niſi iuraſſet: vt in auth. de iureiuran. à mo. præ. col. v. §. j. & facit ſupra titu. j. l. ſi fundum ſub conditione. §. ſi libertus.

a *Titio.* Seius inſtituit Mæuium, & rogauit reſtituere Titio fratri Mæuij poſt mortem ipſius Mæuij. hîc Mæuius poſtea fratrem Titium inſtituit tam in ſuis, quàm in Seianis bonis, & rogauit vtrumque reſtituere Sempronio poſt mortem Titij. hic Titius rogatus vult retinere hereditatem Seianam vt æs alienum, & non reſtituere Sempronio. Item de Mæuianis vult retinere quartam: quod videtur poſſe: vt. C. ad leg. Falc. irritum. ſed tamen diſtinguitur, percepit tot fructus de hereditate Mæuiana qui valeant Seianam, & nõ poteſt: aliàs ſic. non dico de fructibus Seianę: quia ſuo iure eos percepit Titius, & vt à ſe. Secundò pone quòd Mæuius prædictus Titium inſtituit ea lege, ne accipiat fideicõmiſſ. Seianæ hereditatis. certè nõ adibit Mæuianã, niſi renunciet fideicõmiſſ. quo facto adeat, & computet ſibi in damnum amiſſi fideicõmiſ. Falcid. heredit. Mæuianæ. quod eſt graue: maximè quando nõ æquiualet illa Falcidia fideicommiſſo, & ideo contra iniquitatem dat cõſilium, quod habet locũ rei ntegra.

Titio [a] fratri ſuo [b] Mæuius hereditatem Seij, à quo [c] heres inſtitutus erat; [d] poſt mortem ſuam reſtituere rogatus, [e] eodem Titio herede ſcripto, [f] petiit vt moriẽs Titius tam ſuam [g] quàm Seij hereditatem Sempronio reſtitueret. Cùm ex fructibus [h] medio tempore perceptis fideicommiſſi debitam quantitatem [i] Titius percepiſſet: æris alieni loco non eſſe deducendum fideicommiſſum reſpondi: quoniam ratione compenſationis [k] percepiſſe debitum videbatur. Planè ſi ea lege Mæuius Titium heredem inſtituat, ne fideicommiſſum ex teſtamento Seij retineat: [l] Falcidiam [m] compenſationi [n] ſufficere, ſed iniquitate [o] * occurrere. Prudentius autem fecerit, ſi ex teſtamento fratris hereditatem repudiauerit, & inteſtati poſſeſſionem acceperit: nec videbitur dolo feciſſe, cum fraudem excluſerit. [p]

* Vulg. iniquitatem. puto autem iniquitate hîc legi pro, iniquitati: vt ſit, e, pro. i. Cæterũ hæc verba recitantur in gl. vlti. in fin. in c. ad audiẽtiam. extra de his quæ vi metúsve cauſa fiunt.

b *Fratri ſuo.* ſ. Mæuij.
c *A quo.* Seio.
d *Erat.* Mæuius.
e *Rogatus.* à Seio.
f *Scripto.* in hereditate Mæuiana.
g *Tam ſuam.* ſcilicet Mæuianam. Quid ſi de Titiana rogaſſet? Reſpon. vt. s̃. titu. j. l. filius. §. vt quis. Accurſius.
h *Ex fructibus.* ſcilicet Mæuianæ hereditatis.
i *Debitam quantitatem.* id eſt fructus: quorum æſtimatio continet tantam quantitatẽ quantam cõtinet dodrans Seianæ hereditatis, vel etiã totam ſi Mæuius ex fructibus habuit quartã: arg. contra videtur. s̃. e. tit. l. imperator. §. j. ibi. enimuerò &c. ADDITIO. Dic ꝙ ibi quantitas legatur, & in propria ſpecie quis grauatur. hîc autem grauatur in hereditate quæ loco quantitatis habetur, in. d. l. imperator. §. cum quidam. ſecundum Barto.
k *Compenſationis.* id eſt computationis. ſic impropriè ponitur. s̃. e. l. Titia. §. qui inuita. quæ fit ad concurrentem æſtimationem fructuum, & here. Seianæ: vt. s̃. e. l. imperator. §. cum quidam, imò & ſi non concurrat, idẽ videtur: vt. j̃. ad leg. Falc. l. ſi debitor. Sed reſpõ. hoc non dixerat ne computaret: ſed ſi dixiſſet, idem tamen eſſet: vt s̃. eo. l. imperator. §. cum ita. Azo.
l *Retineat.* quo caſu ex teſtamento hereditatem non aliter adire conceditur, quàm ſi illi cuius intereſt, vt coheredi ſui Titij, vel etiã ſeruo publico propter legatarios caueat ſe non deducturum fideicommiſſ. vt æs alienum: vt infra de condit. & demonſt. l. Mutianæ. quo facto Seianam hereditatem non iure proprio fideicõmiſſ. ſed Mæuianæ hered. nomine velut cætera bona Titij accipiet cum coherede, vel ſolus: vt ſupra eo. l. ſi mihi pure. R. Sed quod dixit de cautione Mutiana, non habet locum: quia loquitur quando ſub conditione non faciendi aliquid relinquitur: vt. d. l. Mutianæ. Dic ergo quòd aut ſub conditione, ſcilicet dandi vel faciendi aliquid relinquitur: & tunc prius debet impleri quàm accipiatur relictum: [a] vt infra de condit. & demonſtrat. l. qui heredi. in fin. Aut non faciendi, & tunc etiam habet locum cautio Mutiana. Aut ſub modo, & tunc cauetur de implendo modum, & poſtea percipitur: vt hîc, & infra titu. j. l. ſi ti. & infra de fideicommiſſ. liber. cum in teſtamento. eſt enim hic modus, ne retineat, id eſt vt non retineat. Accurſius.

a] Limitabis hãc gl. & alleg. l. qui heredi. per text. in. l. ſi tibi. j̃. proxi. tit. vt non procedat quando legatarius pręſtat cautionẽ de implẽdo cõditionem: de quo vide in. l. ea lege §. fin. s̃. loca.

m *Falcidiam.* quæ ex bonis Mæuij detrahitur. licèt enim ex Mæuianis & Seianis poſſit detrahi Falcidia, quia omnia debent dici Mæuiana: tamen compenſationi obiicitur illa tantùm Falcidia quæ ex Mæuianis detrahitur, quæ valuerunt pone. l. non illa quæ ex Seianis, quæ fortè valuerũt centũ tantũ. ſic ergo Mæuiana poſſunt eſſe adeo ampla, vt eorũ Falcidia ſufficiat & æquiualeat fideicommiſſo. alia enim ſcilicet Seiana quo ad hoc non videtur capere à Mæuio. R. tamen hîc ſcripſit Falcidiam Mæuianorum ſemper eſſe minorem fideicommiſ. quod apertè quilibet poteſt perpendere eſſe falſum. Azo.
n *Compenſationi.* id eſt computationi, vt prædixi. Item quòd dicit ſufficere. ſ. poſſe. poteſt enim eſſe ſic ampla hereditas Mæuiana, ꝙ eiꝰ Falcidia tanta eſt quãta fideicommiſ. & poteſt eſſe quòd non. vtroque enim caſu iniquitas, ſed altero maior.
o *Iniquitate.* quia & Fal. Mæuianæ ſine onere & fideicommiſſ. Seianæ debet habere ſecũdum R. arg. C. de iure dot. l. cum patrem. Sed contra infra ad Trebell. l. Lucius. §. maritus. vbi ſufficit ſi habet tantùm in hereditate teſtantis, quantum erat dos debita. Dic ergo iniquitatem eſſe, quia iure communi ſic ſolet contingere vt Falcid. habeat, & debitum deducat: vt C. ad legem Falcid. l. in imponenda. & l. irritũ. ſed hîc non facit: ſic ergo iniquum. ſed tamen quia ipſe ſciens voluntatem defuncti adeundo & cauendo conſenſit, cogitur parere: vt infra ad legem Falcid. l. ſi debitor. Azo. ſi modo tantum eſt in Falcidia Mæuianæ, quantum eſt Seianæ: vt. d. §. maritus.

## Diſiuncta poſita inter perſonas inter quas cadit affectio ordinata, nõ reſoluitur in coniũctã. Bar.

*A te peto marite, ſi quid liberorum habueris, illis prædia relinquas: vel ſi nõ habueris, tuis ſiue meis propinquis, aut etiam libertis noſtris.* Non eſſe datã electionem, ſed ordinẽ [q] * ſcripturæ factum ſubſtitutioni reſpondi.

* Vulg. ordine ſcripturæ factam ſubſtitutionem.

## Valet legatũ licèt qualitas nõ fuerit adiecta, quam teſtator adiecturum ſe dixerit. Bartolus.

Vicos [r] ciuitati relictos, qui proprios fines habebant, ex cauſa fideicommiſſi [ſ] non ideo minus deberi placuit, quòd teſtator fines eorum ſignificaturum, & certaminis formam [t] quam celebrari ſingulis annis voluit, alia ſcriptura ſe declaraturũ promiſit, ac poſtea morte præuentus [u] non fecit.

## Iuſta cauſa in parte, non tollit moram in alia parte.

LXXVIII. IDEM *libro nono Reſponſorum.*

p *Excluſerit.* no. ſic. j̃. ad Trebel. l. recuſare. §. penul. & s̃. de inoffic. teſt. l. Papinianus. §. cum igitur. & l. nihil. §. ſi cum filius. & de neg. geſt. l. acquiri. §. cum me. & de aqua plu. arcen. l. j. §. denique. & s̃. ſi quis omiſ. cau. te. l. qui autem. §. quid deinde dicemus. & inſtitu. ad legem Aquil. §. iniuria. & j̃. de except. do. l. j. §. j. Item facit ad. §. C. de bo, aucto. iu. poſ. l. j. & j̃. de do. præleg. l. iij. & de auro & argen. leg. l. ſi vxori. Accurſius.

*A te peto.*] CASVS. Titia vxor Mæuij fecit teſtamentum: & dicto Mæuio reliquit duo prædia: & poſtea ita locuta eſt marito: peto à te &c. vſque illuc, non eſſe datam. & dicit quòd per dicta verba Titiæ nõ eſt data electio marito vt det dicta prædia liberis vel propinquis aut etiam libertis cui vult, ſed videtur ſubſtituiſſe propinquos liberis ſecundum ordinẽ verborum dictæ mulieris, ſcilicet vt ſi habet maritus liberos, illis relinquat. alioquin ſui mariti propinquis, illis non exiſtentibus relinquat propinquis mulieris, & ſic poſtea libertis ordo ſeruetur, Viuianus.

q *Ordinem.* No. de ordine, ſic. s̃. de vſufru. l. quotiens. in prin. argu. contra. s̃. ea. l. §. fidei tuæ. Item videtur ꝙ ſimul admittantur, & ita vel, pro & accipiatur: vt. C. de verbo. ſignifi. cum quidã. & s̃. de inſtit. & ſubſtitut. l. generaliter. in princ. Solu. ſecundum R. ex ſermonis conceptione & perſonarum affectione hæc & illa verba aliter intelligenda proculdubio patet.

*Vicos ciuitati.*] CASVS. Titius fecit teſtamentum, & reliquit vicos, id eſt quaſdam contratas ciuitati Bononiæ: qui vici habebant certos fines. & ita dixit poſtea dictus teſtator: Ego deſignabo. j̃. fines vicorum. Item ſcribam quod certamen volo ꝙ dicta ciuitas faciat omni anno in meam memoriã propter vicos quos ei relinquo. poſtea morte præuentus Titius non fecit prædicta duo. Certè nihilominus valet legatum vicorum. Viuianus.

r *Vicos.* expone vt ſupra titu. j. ſi heres. §. j.
ſ *Fideicommiſſi.* in teſtamento perfecto relicti.
t *Formam.* quam formam voluit ſeruari in illo prædio, puta volebat fortè vt ibi fieret ludus gratitiorum (aliàs pugnæ) & hanc formam dixit ſe dicturum in alia voluntate.
u *Præuentus.* prima ſcriptura per omnes ſuas partes iam eſt perfecta, & ſic non obſtat. j̃. de vſufruct. lega. l. qui cum plures. Item cõtra. s̃. eod. l. Titia. in princ. Solu. ibi. Item contra ſupra de here. inſtit. l. quotiens. §. tantundem. Solu. ibi. & C. de inſtitu. & ſubſtitu. l. penultima.

QVi ſolidum fideicommiſſum fruſtra [a] petebat, herede Falcidiam obiiciente, ſi partem [b] interim ſolui ſibi deſiderauerit, neque acceperit: [c] in eam [d] moram paſſus [e] intelligitur.

Legatario debetur æſtimatio ipſius rei vel partis quæ ad heredem loco rei peruenit. Bartolus.

B Cùm poſt mortē emptoris vēditionem prædiorum reipublicæ [f] optimus maximúſque princeps noſter Seuerus Auguſtus reſcindi, heredibꝰ pretio reſtituto, iuſſiſſet: [g] de pecunia legatario, cui prędium emptor ex ea poſſeſſione [h] legauerat, coniectura voluntatis, [i] pro modo æſtimationis, [k] partem ſoluendam [l] eſſe reſpondi.

Reſpublica propter moram tenetur ad vſuras, propter temeritatem ad impenſas litis, licèt habeat regreſſum contra adminiſtratorem. idem in pupillo & tutoribus. Bartolus.

Etiam reſpublica [m] fideicommiſſi poſt morā vſuras [n] præſtare cogitur: ſed damnum ſi quod ex ea re [o] fuerit ſecutum, ab his [p] ſarciendum [q] erit, qui poſt dictā ſententiam iudicatum ſoluere ſuperſederūt. [r] Nec aliud ſeruabitur in litis ſumptibꝰ, [ſ] ſi ratio litigādi non fuit. † Ignauiā [t] etenim prætēdētes audiri non oportere. qđ in tutoribꝰ [u] quoque ꝓbatur.

B Vltimus de familia prædium alienare prohibitus, eius petitionem ad extraneum heredē tranſmittit. Bartolus.

Prædium pater de familia liberorum alienari verbis fideicommiſſi prohibuit. Supremus ex liberis qui fideicommiſſum petere potuit, [x] nō idcirco minus actionem [y] in bonis ſuis reliquiſſe viſus eſt, quòd heredem extraneū [z] ſine liberis decedens habuit.

C Qui vocantur ad fideicommiſſum, prædio alienato non reuocāt ab eo qui emit à creditore teſtatoris. Bartolus.

Si creditor ab eo qui teſtamentum fecit, [a] domum acceptam iure pignoris [b] vendidit: con-

QVi ſolidum.] CASVS. Titius fecit teſtamētum, & reliquit per fideicomm. ab herede ſuo Titio. xx. & tot alia legata reliquit aliis quòd debebat Falcidia locū habere. poſtea Titius petiit ab herede dicta. xx. integra: & fruſtra petebat, quia de eis debebat detrahi Falci. ſicut de aliis relictis: & hoc ei heres obiiciebat in iudicio. dixit fideicommiſſarius heredi, ego peto à te. xx. & vis detrahere quartam propter Falci. ſoluas modo mihi in nomine domini. xv. & procedamus in cauſa ſuper. v. dixit heres ei, Ego nolo tibi aliquid dare niſi priꝰ cauſa finiatur. quæritur, qd iuris ſit? Et certè quantum ad dicta. xv. heres videtur fuiſſe in mora, & ideo ad vſuras tenetur. [CVM POST MORTEM.] Reſpub. vendidit Titio quandā vniuerſitatem prædiorum in certa contrata poſitorum, puta in Coralcola. Titius emptor diuiſit dictam vniuerſitatē prædiorū in plura prædia. poſtea fecit teſtamētum dictus emptor, & vnum de dictis prediis puta Cornelianū legauit Sempronio, & ſic deceſſit emptor relictis pluribus heredibus. Venit poſtea adminiſtrator dictæ reipublicę coram imperatore Seuero, & petiit reſtitui in integrū nomine dictæ reipublicæ venditricis: & probans eam læſam in dicta vēditione vniuerſitatis prædiorū, habuit reſtitutionem eius nomine, & ſic dictus Imperator iuſſit dictam venditionem reſcindi, & prædia reipub. per heredes emptoris reſtitui: & iuſſit ei quòd reſpu. reſtitueret heredibus emptoris pretium quod receperat ab emptore. quæritur, quo modo conſuli debeat Sempronio legatario cui emptor legauit prædium Cornelianū ex dicta vniuerſitate, quod prędium Sempronius habere nō poteſt: quia reipub. debet reſtitui ex iuſſu dicti imperatoris. & certè de pretio quod reſtituit reſpubl. he- D redibus emptoris, ea pars æſtimationis quæ dictum prædium legatū cōtingit, ſoluetur legatario: & hoc ideo, quia ita videtur voluiſſe emptor qui ei legauit. & hoc dicit, coniectura voluntatis, &c. [ETIAM.] Titius inſtituit ſibi heredem rempublicam, & ab ea reliquit fideicommiſſa. fuit in mora ſoluendi fideicommiſſa. certè tenetur ad vſuras ſicut teneretur aliquis priuatus: ſed totū illud damnum quod contingit reipubl. propter vſuras prædictas fideicommiſſario, debent reſarcire reipubl. adminiſtratores eius. Item debēt reſarcire ſumptus quos fecerunt de bonis reipu. litigando cōtra fideicommiſſarium. & quod dixi in adminiſtratoribus reip. idem eſt in tutoribus pupillorum. [PRÆDIVM.] Titius inſtituit ſibi heredes tres ſuos filios pone, & ita poſtea dixit: Rogo vos per fideicommiſſum quòd prædia mea quæ ſunt in tali loco, non alienetis extra familiam noſtram. Vnus de dictis filiis deceſſit, & nō reliquit ſuam partem dictorum prædiorum in familia. ſecundus deceſſit, & fecit E idem. Vnde Titius ſuperſtes poteſt reuocare partes mortuorum in extraneos alienatas. Decedens ergo iſte Titius ſine liberis, inſtituit ſibi heredem quendam extraneum. quæritur, nunquid iſte extraneus heres Titij poſſit ita reuocare partes præcedentium in extraneos alienatas, ſicut poterat Titius? Et videtur quòd non: quia dictus Titius ita bene fecit cōtra præceptum teſtatoris, ſicut alij duo. ſed certè bene poteſt. nam in perſona tertij vltimò decedentis finitum fuit teſtatoris præceptum. [SI CREDITOR.] Ego obligaui domum meam Titio. poſt feci teſtamentum, & dictam domum legaui Seio, vel per fideicōmiſſum reliqui. poſtea dictus creditor Titius vendidit dictam domum Gaio ſciēti etiam quòd ego debitor legaueram dictam domum Seio. nūquid Seius fideicommiſſarius poterit petere domum ab emptore? Et dicitur quòd nō. Viuianus.

a *Fruſtra.* propter Falci. quæ reſecat, & dic quòd commodè poterat diuidi.

b *Partem.* quæ ſcilicet deberi poterat ad minus, puta tres partes. & A dic quòd non offerebat ſatiſda. aliàs totum petere poteſt: vt. C. de vſufruct. leg. l. ij.

c *Acceperit.* quia heres non dat.

d *In eam.* ſcilicet partem.

e *Paſſus.* & ſic ad vſuras acceſſerit, & tenetur heres: vt. C. de vſufruct. leg. l. j. & .ĵ. §. etiam. & l. ſi quis ſeruo. Itē hoc ſi heres credebat ſe teneri: vt. ſ̃. ſi cer. pet. l. quod te. & de vſur. l. ſciēdum. & facit. ſ̃. de rei vindica. l. quę de tota. Accur.

† Ergo ſi ſit iuſta cauſa litigādi, excuſatur quis ab expenſis: vt hic, & in. c. finem litibus. in glo. magna poſt mediū. ibi, & tunc non debet condēnari, &c. extra de dolo & contuma.

f *Reipublicæ.* reſpub. vēdidit poſſ. Titio in qua erāt plura prædia: quorum vnum Titius alij legauit. tandē reſpu. reſtituta in integrū, recuperauit prædia, & pretiū reſtituit heredibꝰ Titij. de hoc pretio dic ſatisfieri legatario ſecūdum valorem prædij legati.

g *Iuſſiſſet.* per in integ. reſtit. vt. C. ex quib. cau. maio. l. reſpublica.

h *Poſſeſſione.* per prædia diuiſa vel à republ. vel à Titio, quod poteſt fieri: vt. ſ̃. titu. j. l. quod ī rerum. §. ſi quis. Accur.

i *Voluntatis.* ſcilicet Titij. nam qua ratione voluit habere prædiū, eadem & eius pretium. Accurſius.

k *Æſtimationis.* quę ſubtiliter perpēditur quātum pro eo pretio datum fuit: vt ſupra de ædili. edict. l. penul. & .ſ̃. de euict. l. j. & ſupra eod. l. ſi quid. Item videtur huic. l. contra. ſ̃. eo. l. cum pater. §. euictis. Sed ibi rem alienam legauit, hîc ſuam, & quodam ſpeciali iure euictam: & ideo ei, id eſt, legatario quodam ſpeciali iure fuit prouidendum. ſic ſupra de euict. l. minor.

l *Soluendam.* ab heredibus quibus reſpublica reſtituit, vtili fortè actione ex teſtamento, vel officio iudicis.

m *Etiam reſpublica.* inſtituta & grauata.

D n *Vſura.* vt infra eod. l. ſi quis ſeruo. & infra ad leg. Falci. l. diuus. §. j. & ad Trebel. l. deducta. in princip. & infra eod. l. Titia. §. j. & ſupra ea. l. in principio.

o *Ex ea re.* i. mora: vt in vſuris, vel aliis acceſſionibus. Accurſius.

p *Ab his.* ſcilicet rempublicam adminiſtrantibus.

q *Sarciendum.* id eſt, reſtituendum reipub. ſic ſupra ſi cer. peta. l. ciuitas. & . C. vt in poſſeſ. lega. l. fina.

r *Superſederunt.* Vel etiam antè ſi prius mora fuit: vt. C. de vſufruct. leg. l. j. not.

ſ *In litis ſumptibus.* quos dederunt adminiſtrantes tunc rempublicam victori de pecunia reipublicæ: quia redderet reipublicæ. & not. ſi ratio, & cætera. quia iuſta ignorantia excuſat à litis ſumptibus, etiam olim. quod dic vt. C. de iudi. l. properandum. §. ſin autem alterutra.

Ignorantia iuſta à litis ſumptibus excuſat.

t *Ignauiam.* id eſt, ſtultitiam. ſic ſupra de iur. & fac. ignoran. l. regula. §. quod imperitia. Accurſius.

E u *In tutoribus.* vt damnum ex eorum mora vel malitia in litigando refundant pupillis. ſic. C. de iudi. l. properandum. §. fin. & arg. ſupra de adminiſtra. tuto. l. quoties. §. ſicut. & . C. de adminiſtra. tuto. l. non eſt.

x *Potuit.* aliis alienantibus.

y *Actionem.* per quam reuocat alienationem factam ab eis. ſic ergo extraneus hic heres habebit actionem pro partibus alienorum alienatis, & reuocabit. Accurſius.

z *Heredem extraneum.* nam quia nullus eſt qui petere poſſit, etiam extraneum inſtituit: vt ſupra eo. l. cum pater. §. libertis. in fi. nec ob. ſ̃. eo. l. peto. §. fratre. in fi. vt ibi dixi. Azo. & facit. C. quando dies leg. ced. l. ij. & .ĵ. tit. j. l. pater filium. §. fundus. & . l. Iulianus. & . l. Lucius. & ſupra tit. j. l. filius. §. diui.

a *Teſtamentum fecit.* & eam domum per fideicommiſſum reliquit.

b *Iure pignoris.* ex pacto, vel ex lege. ſi autem vendita non eſſet, quis

quis debeat luere, dic vt ſupra tit.j.l. ſi res obligata.
a *Contra emptorem.* & eſt ratio, quia debitor non potuit impedire venditionem : vt.C.debito.vendi. pigno.impe. nō poſſ.l.j.aliàs eſt in text contra heredem : & tunc eſt eadē ratio vt heres non teneatur.hoc tamen caſu imputatur heredi, ſi ſoluere potuit,& nō fecit. A

Q *Væ fideicommiſſa.* CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem vxorem ſuam,& eam per fideicōmiſſum rogauit,vt prædia quædā viri reſtitueret quibuſdam libertis viri.hęc vxor deceſſit, poſtea reliquit vſumfructum dictorum prędiorū libertis prædicti viri, & quibuſdā aliis libertis propriis vxoris. liberti autem viri cum libertis vxoris longo tēpore poſtea perceperunt vſumfructum dictorum prędiorum. nunquid præiudicant ſibi liberti viri taliter percipiendo, vt dictum eſt,quin poſſint petere proprietatem dictorum prędiorum ab heredibus vxoris?Et dicitur quòd non. Bart.

b *Debuit*. ex teſtamēto mariti ſui illa moriens eorūdem,& cętera.

c *Suis quoque*. quaſi dicat, non ſolùm libertis mariti.

d *Iuris ignoratione*. quia putabāt quòd vxor teſtamentū mariti ſui poſſet immutare.Accurſi⁹.

e *Peremptam.* & ſic nocet hîc iuris error. Sed contra infra ſi in fraudē pa.l. ſi patronus heres. Solu. quarta quæ debetur patrono,dicit͛ quaſi debita vt arrogato : vt ſupra de inofficio.teſtamen. l. Papinianus. § ſi quis impubes. hîc autō per teſtamentum videtur debitum. ſic & filij hereditas dicitur quaſi debita matri : vt.C. de codicil.l.fina.§.j.& ideo errore iuris perdet : vt C.qui pe.tu.l.fina. Item contra ſupra de acquirē.heredi.l.Clodius.in prin. & in fin.vbi per factum erroneum iure perdit debitā hereditatem. Solue vt ibi. & no.non vitiari vtile per inutile.[a] ſic.ſ.de dona.inter virum & vxo.l. quod autem.§. ſi vxor.&.ſ. de inoffic teſt.l. mater.&.C.de iuris & fact.igno.l.ſi poſt dies.& ſupra fami.ercil.l.cùm putarē.Accurſius.

a] No. limitationē niſi eſſent ſeparabilia : quā Bar. poſuit in. l. fi. ſ. de iuriſdi. om. iudi. Car. in Cle.1.§.eadē deſup.negli. pręla.& vide certos caſus fallentię per Bald.in.l certi.§. quoniā 3.no.ſ.ſi cer. pe.

L *Egatum.*] CASVS. Sicut hereditas alicui delata facit heredis res ſingulas quæ ſunt in hereditate, ſcilicet ſi heres adit hereditatem : ita legatum facit dominium rei legatæ legatarij recta via ſi legatarius legatum non repudiauit. &.h.d. Viuianus.

f *Legatum.* id eſt legatio ſeu ipſum legare.

g *Legatarij*. vt & infra de fur.l. à Titio. &.ſ. de pecu.l. ſed ſi damnum.§.j.& infra ſi in frau. pa.l.j.§.aduerſus.& ſupra titu.j.l.ſeruum filij.§.j.&.l.ſeruus Titij. & ſupra eo.l. cum pater.§. ſurdo. Sed contra ſupra tit.j.l. legatum eſt delibatio &c.§. finali. Solu. ibi. Item contra ſupra de ſer.l. Papinianus. Solu. ibi. Item contra ſupra de condi. inſtit. l. ſi quis ita. Solu. ibi. Item contra ſupra tit.j.l. ſi tibi homo.§. cum ſeruum.Solu.ibi. Accurſius.

h *Vt hereditas heredis*. ibi tamen eſt neceſſaria aditio: vt infra de acquiren. poſſ.l. cum heredes. ſed legatum etiam ignoranti:vt ſupra eo.l. cum pater.§. ſurdo. & facit.ſ. de rebus eorum.l. magis.§. fundum.& de dolo.l. & eleganter.§. item ſi. Accurſius.

i *Purè*. nec tacitè inſit conditio. Accurſius.

tra emptorem, [a] fideicōmiſſi cauſa, tametſi voluntatem defuncti nō ignorauit, nihil decernetur.

Qui per ignorantiam iuris patitur alium vti re ſibi debita,non cadit à credito.Bartolus.

LXXIX. IDEM *libro vndecimo Reſponſorum.*

QVæ fideicommiſſa moriens libertis viri debuit, [b] eorūdem prædiorum ſuis quoque [c] libertis fructum reliquit. iuris ignoratione [d] lapſi, qui petere prædia ex mariti teſtamento debuerunt, ſecundum fideicōmiſſum inter cæteros longo tempore perceperūt. Non ideo peremptam [e] videri petitionem prioris fideicommiſſi conſtitit. B

Dominium tranſit in legatariū recta via, ſicut in herede adeunte. hoc dicit. vel aliter : Quod operatur aditio quò ad heredem, illud operatur agnitio legati quò ad legatarium.Bartolus.

LXXX. IDEM *libro primo Definitionum.*

LEgatum [f] ita dominium rei legatarij [g] facit, vt hereditas [h] heredis res ſingulas. Quod eò pertinet, vt ſi purè [i] res relicta ſit, & legatarius non repudiauit defuncti voluntatem : recta via dominiū quod hereditatis fuit, ad legatarium tranſeat, nunquā factum heredis.

Legata relicta à ſcriptis venientibus ab inteſtato,non debentur. Bartolus.

LXXXI. PAVLVS *libro nono Quæſtionum.*

SI quis teſtamento facto à filiis ſuis quos heredes inſtituiſſet, fideicommiſſa reliquiſſet non vt à legitimis [k] heredibus, ſed vt à ſcriptis, & teſtamentum aliquo caſu [l] irritum factum ſit : filij ab inteſtato venientes fideicōmiſſa ex teſtamento pręſtare compelli non poſſunt.

Quando ſuperuenit cauſa tendens ad eundem effectum : licèt ea exiſtente diſpoſitio ab initio non valuiſſet, diſpoſitio non vitiatur. Bartolus.

LXXXII. IDEM *libro decimo Quæſtionum.*

DEbitor decem legauit creditori, quæ ei poſt annum ſub pignore debebat. Nō(vt quidam putant) medij temporis tātùm commodum ex teſtamentò debetur, ſed tota decem peti poſſunt : nec tollitur petitio ſi interim [m] annus ſuperuenerit. C nam ſufficit quòd vtiliter [n] dies ceſſit. Quòd ſi viuo teſtatore annus ſuperueniat : dicendum erit inutile [o] effici legatum, quāquam conſtiterit ab initio. Sic & in dote prælegata reſponſum eſt, totam eam ex teſtamento peti poſſe : alioquin ſecundùm illam ſentētiam, ſi interuſurium tantùm eſt in legato, quid dicemus ſi fundus legatus ſit ex die debitus? nam nec pecunia [p] peti poteſt, quæ non eſt legata : D nec pars fundi facilè inueniretur, quæ poſſit pro commodo peti.

Si plures ſunt ſubſtituti, quilibet tenetur ad legata relicta ab inſtitutis in quorum locum ſuccedunt. Bartolus.

S *I quis teſtamento.*] CASVS. Titi⁹ inſtituit ſibi heredes filios ſuos, & ab eis reliquit fideicōmiſſa,& dixit : Volo quòd ea pręſtetis ſi eritis heredes mihi ex teſtamento, & non aliàs. poſtea teſtamētum eius fuit irritū & annihilatum, & ita filij eius habent hereditatem ab inteſtato.nunquid præſtabunt dicta fideicōmiſſa? & dicitur ꝙ non. Viuianus.

k *Vt à legitimis*. i.nō repetiit ab īteſtato, quod poſſet,niſi in caſu:vt ſupra de inoffic.teſta.l.Titia.Accurſius.

l *Aliquo caſu*. vno excepto ſecūdùm hæc iura: vt.ſ. de iniuſt. teſt.l.poſtumus.quæ eſt contra. hodie rupto pręteritiōe vel exheredatione, relicta valent:vt.C.de libe. præteri. authē.ex cauſa. Vel in.l. poſtumus. iure ciuili non prætorio fuit ruptum:hîc vtroque,vt maxima vel media capitis deminutione teſtatoris.& facit.C.de fideicō miſ.l.eam quam.&.l.ex teſtamento. &.ſ.eo.l.cū pater.§.filius. &.j.eod.l. Lucius.§. filiam.&.l.codicillis.§.fi. Accurſius.

D *Ebitor.*] CASVS. Sub pignore debebā tibi decē. poſt annū feci teſtamentū,& dicta x.tibi legaui.nūquid valet legatū? & dicitur ꝙ ſic. Sed quid cōtinetur in iſto legato?& dixerūt quidā ꝙ continetur cōmodum medij tēporis tātùm, id eſt vſuræ quæ poſſent redigi ab illis.x. vſq; ad annū:ſed hoc eſt falſū,imò ipſa.x. poterit petere ab herede meo. Quid autem ſi mortuo me teſtatore finitus ſit dictus annus? Nō tollitur certè ꝓpter hoc petitio de.x. ſufficit enim ꝙ ſemel valuit legatum. ſi autem me viuo teſtatore finitus ſit annus, efficitur inutile legatū:quia tēpore quo fuit finitus annus,non ceſſerat dies legati: quia ego teſtator viuebā. vnde cum poſtea tempore mortis mei teſtatoris nō inueniatur aliqua cōmoditas in legato vltra quàm eſſet in debito, nihil valet legatū. ſicut autem poſſunt peti tota.x. legata quæ debebantur legatario poſt annum, vt dictum eſt : ita eſt in dote in pecunia conſiſtente quæ debetur quidem vxori poſt annū à morte viri. nam ſi maritus eam purè leget vxori, poterit petere vxor. x. & non ſolummodo commodum E quod inde euenire poſſet. Illos autem qui dicūt quòd in dicto legato de decem continetur cōmodum medij temporis tantùm, & non.x. deduco ad inconueniens. pone enim quòd debebam tibi fundum poſt diem, & eum tibi legaui. certè ex fundo non poteſt vſura peti : & ſic pro certo apparet, & quòd. x. ſunt in legato, & non cōmodum tantùm.h.d.vſque ad.§. ſi primo. Viuianus.

m *Interim*. id eſt lite pendente poſt teſtatoris mortem.

n *Quòd vtiliter*. quia poſt mortem teſtatoris.

o *Inutile*. id eſt ſine commodo, valet tamen legatum, vt actione ex teſtamento peti poſſit : vt inſti.eo.§.econtrario. quæ eſt contra. ad quod eſt.j. de verb. oblig.l.qui bis. & de fideiuſſ.l. heres.§. non eſt.vel illud nouum,hoc vetus ius.

p *Nec pecunia*. id eſt vſura. Sic ergo in primo caſu huius.leg.ſunt decem in legato, & non vſura vel cōmodum medij temporis : ſed tamen quo ad.l. Fal. vt detrahi poſſit cōmodum, videtur legatum eſſe : vt infra ad leg. Fal.l.j.§. ſi creditori. & facit ſupra tit.j.l. ſi cre-

UNED

ditori.&.l.ſeqnen.&.ĵ. de lib.leg.l.ſi creditor.&.ĵ. ad legem Falc.l. verbis.&.ſ.tit.j.l.Mæuius.§.debitor autem.

*Si Primo & ſecundo.*] CASVS. Inſtitui mihi heredes Primum, Secundum & Tertium: & ſi heres non eſſet Primus, ſubſtitui ei Quartum:& ſi ſecundus heres non eſſet,ſubſtitui ei Quintum: & poſtea legata reliqui Primo & Secundo heredibus hoc modo: ſi Primus heres mihi non erit, volo ꝙ Secundus det Titio:& ſi Secũdus heres non erit, volo ꝙ det Primus Seio fundũ Tuſculanũ. poſtea Primus & Secundus omiſerunt hereditatẽ.quæritur,nunquid Quartus & Quintus ſubſtituti Primi & Secundi debeant ſoluere relicta ab illis quibus fuerũt ſubſtituti? & dicitur ꝙ ſic. Quartus ergo ſubſtitutus Primo,debet ſoluere fundum Tuſculanũ Seio, & Quintus ſubſtitutus Secũdo debet ſoluere Titio.x.&.h.d. Viuianus.

† Iſte.§ facit ꝙ iudex talẽ poteſtatẽ habet in recõuẽtione,qualẽ habet in cõuentione: vt in ca.2. extra de mu.peti.

Si Primo † & Secundo & Tertio heredibus inſtitutis ſic legata dentur, *Si mihi Primus heres nõ erit, Secundus Titio decem dato: ſi Secundus mihi heres non erit, Primus Seio fundum Tuſculanum dato*: vtriſque omittentibus hereditatem Primo & Secũdo, quærebatur, ſubſtituti quos eis dederat,an,& cui legata præſtare debeant. Ab vtroque [a] ſubſtituto legata debentur,

B

Seruo eius qui eſt capax, poteſt relinqui quod eidem ſeruo facto libero relinqui poſſet, licèt non eo modo. Bartolus.

Seruo alieno poſſe rem [b] domini legari Valens ſcribit: [c] item id quod domino [d] eius purè debetur. [e] Cùm enim ſeruo alieno aliquid in teſtamento damus, domini perſona ad hoc tantùm inſpicitur, vt ſit cum eo teſtamẽti [f] factio: cæterùm [g] ex perſona ſerui canſtitit [h] legatum. & ideo [i] rectiſſimè Iulianus definit, id demum [k] ſeruo alieno legari poſſe, quod ipſe liber fact⁹ capere poſſet. Calumnioſa [l] eſt enim illa adnotatio, [m] poſſe legari ſeruo & quandiu ſeruiat. nam & hoc [n] legatum ex perſona ſerui vires accipit. [o] alioquin [p] & illud adnotaremus, [q] eſſe quoſdam ſeruos, qui licèt libertatem cõſequi non poſſint, [r] attamen legatum & hereditatem poſſunt adquirere domino. [ſ] Ex illo igitur præcepto, quòd dicimus ſerui inſpici perſonam in teſtamentis, dictum eſt ſeruo hereditario legari poſſe. [t] ita [u] non mirum, ſi res domini, & quod ei debetur, ſeruo eius purè legari poſſit: [x] quamuis domino eius non poſſent hæc vtiliter legari.

C

Conditio adiecta fideicõmiſſo, intelligitur repetita in ſubſtitutione facta circa idem de eadem perſona. Bartolus.

LXXXIII. IDEM *libro vndecimo Quæſtionum.*

a *Ab vtroque.* hîc reſpõ. vni,ſed non alteri quæſtioni. ſed dic cuilibet ſuum.& facit.ſ.eo.l.cũ pater.§. ab inſtituto. & l.ſi Titio.§.j.

*Seruo alieno.*] CASVS. Sempronius fecit teſtamentum, & ſeruo Titij legauit propriã rẽ ipſi⁹ Titij,& id quod Sẽpronius purè Titio debebat,quærebatur, vtrũ teneret legatum? Et dicitur hîc ꝙ ſic. Diceret aliquis, imò videtur ꝙ non teneat:quia cùm legatur ſeruo alieno, capit legatum vires ex perſona domini. & domino, ſcilicet Titio non poſſet legari res ſua,vel quod ſibi debetur.ergo nec ſeruo ſuo, cùm ex perſona domini,ſcilicet Titij,capiat vires legatum. Ad iſtud autem reſpondet iuriſconſultus, & dicit: Quòd dicimus perſonam domini inſpici, hoc ad id ſolùm pertinet, vt ſciamus ſit capax ex teſtamento, vel non:vt ſi ſit capax,& ſeruo eius legari poſſit,aliàs non. ſed non inſpicimus perſonam domini, vt ſciamus poſſit capere rem relictã. vel non:vt ſic dicamus interdum poſſe legari rem illam ſeruo, interdum non.ſed in caſu propoſito ex perſona ſerui conſiſtit legatum:hoc eſt dicere,quia ſi tempore quo ceſſerit dies legati, inuentus fuerit liber, habebit legatum. aliàs non habebit. & quia ſic ex perſona ſerui conſiſtit legatum,dixit Iulianus,& rectè,quòd id demum ſeruo alieno legari poteſt,quod ipſe liber factus capere poſſet.Et ſi aliquis vellet inſultare & argumentari hoc modo, nõ poſſet,vt ſic diceret,dicis quòd ea demum res poteſt legari ſeruo alieno, quam ipſe liber factus capere poſſet. ergo ſibi, ſcilicet ſeruo, quamdiu ſeruiat,legari non poteſt. certè legari poſſe ſeruo, quamdiu ſeruiat,iſtud reprehendere calumnioſum eſt.non eſt enim vera reprehenſio legari poſſe ſeruo quamdiu ſeruiat.nam poſſet legari: & ſi aliquis hoc reprehenderet,calumnioſe,id eſt non verè reprehenderet. nam & hoc legatum ex perſona ſerui capit vires, id eſt quia res talis eſt quam caperet liber factus. alioquin, id eſt ſi reciperetur illa reprehenſio, iam eueniret iſtud abſurdum, ꝙ ſi ſeruus eſſet talis qui non poſſet ad libertatem peruenire, iam ſi legaretur ſibi,non valeret legatum. ſeruum enim, quia non poteſt ad libertatem peruenire,poſſe domino acquirere,iſtud reprehendere malum eſſet,imò bene poteſt acquirere.ex quo ergo apparet ꝙ ſerui perſona inſpicitur,apparet ꝙ ſeruo hereditario legari poteſt. & ex his apparet ꝙ in propoſita ſpecie res domini, vel quod purè ſibi debetur,legari poteſt ſeruo ſuo. Viuianus.

b *Rem.* hoc eſt, quòd extraneus ſeruo meo rem meam legare potuit.

c *Scribit.* à non domino ſcilicet potuit legari:vt inſtitu.eo.§.ſed ſi rem.&.ſ.tit.j.l.cætera.§.j.Accurſius.

d *Domino.* nec hoc domino:vt inſtit.eo.§.ex contrario.

e *Debetur.* à teſtatore,ſub.legari poteſt.

f *Teſtamenti factio.* non vt ſciam dominus capere poſſit, vel non rem ſeruo legatam:quia poteſt eſſe quòd poteſt capere, aliàs non haberet rẽ.& eſt ad hoc.ſ.tit.j.l.ſi mihi & tibi.§. regula.&.ĵ. de here.inſti.l.non minus.&.C.de here.inſti.l.neque per ſe.Accur.

A

g *Cæterùm.* pro certè.

h *Conſtitit.* vt liber factus eo tempore quo cedit dies legati capiat, nullum autem ſit legatum ſeruo in eadem cauſa manente:vt infra quando dies lega.ced.l. ſi vſusfructus.§. fi. Azo. ſed videtur obſtare regula Cato.vt.ĵ.de regu. Cato.l.j. Solu. ibi. ADDITIO. Aduerte hîc ſecũdùm Bart. ꝙ regula Catoniana nõ habet locum quãdo legatum non valeret ab initio propter perſonam legatarij. Accurſius.

i *Et ideo.* quia ex perſona ſerui, non domini valet,ideo &c.

k *Id demum.* ſed nonne omne,& nõ ſemper: vt ĵ.tit.j.l.fideicõmiſſ.§.ſed ſi ſeruo alieno.& dicta. l.ſi vſusfruct.in.fi.Chriſtianum ergo mãcipiũ ſeruo hæretico legari non poteſt, quia etiã liber nõ caperet: nec illa quorũ cõmercium non eſt:vt.C.de epi.& cle.l. fin.§.fin.&.ſ.tit.j.l.apud Iulianum.§.fi.&.l.cætera.Item eſt bonũ exemplum.ĵ. de ſer. lega.l.& ſi maximè. & hoc dicit R. rei aut perſonæ ratione non obſtante.

l *Calumnioſa.* id eſt mala.q.d.dixiſti poſſe legari ſeruo,quod libero facto,& econtra: ſed ſeruo poſſum legare quamdiu ſeruiat,puta.x.annua,& valet quaſi domino relictum: vt hîc, &.ĵ,de condit. & demon.l. filiæ. &.ĵ.de annu.lega.l.fina.ergo & libero quamdiu ſeruiat.Reſpon. nõ valet: quia infert de quid ad quale,vel ad qualitatem relinquendi. ſic.ĵ. de regu.iur.l.ea eſt natura.Accurſius.

m *Adnotatio.* id eſt reprehenſio.

n *Nam & hoc.* ſcilicet quamdiu ſeruiat.

o *Accipit.* quia res talis eſt legata, quam caperet liber. non dico ꝙ poſſit ſic libero relinqui: vt dixi.Item non valet hoc ad vtilitatem ſerui,ſed domini:vt.d.l.filiæ.Accurſius.

D

p *Alioquin.* ſ.ſi prædicta annotatio ſiue reprehenſio reciperetur.

q *Adnotaremus.* id eſt reprehenderemus, ſub. quod dicitur econtra ſecundum quoſdam &c.quod facere non debemus.

r *Non poßint.* pacto forte domini vendentis.

ſ *Domino.* nam & hîc videtur vitiari regula prædicta: quia ſeruo relinquitur quod libero non poteſt,cum liber eſſe non poſſit. ſed tamen hîc valet ex perſona ſerui,licèt ad vtilitatem domini: vt ſuperiori caſu dixi.

t *Poſſe.* & quæritur hereditati ſtatim non inſpecto ſit capax heres,vel defunctus,vel non:licèt poſtea inſpiciatur:vt.ſ.eo.l. ſi mihi & Titio.§.fi.Accurſius.

u *Ita.* q.d.patet ex prædictis eſſe verum rem domini &c.

x *Poßit.* vt in prin.§. no.hoc verum, niſi ratione iuris quod habet aliquis alius:vt.ſ.eo.l.Mæuius.§.penul.dixi.Item contra.ſ.titu.j.l.ſi mihi.§.regula.Solu.ibi.Accurſius.

E

*Latinus.*] CASVS. Titius libertus Sempronij fecit teſtamentum, & Sempronium patronum ſuum inſtituit in vnum ſemiſſem,id eſt dimidiam hereditatis ſui liberti: quandam ſuam libertæ filiam in alium ſemiſſem:& rogauit dictam filiam per fideicommiſſum quòd ſuum ſemiſſem reſtitueret quibuſdam ancillis dicti ſui patroni cum liberæ factæ eſſent. Item fecit poſtea ſubſtitutionem,dicens quòd ſi filia ſua non eſſet heres,illæ ancillæ heredes eſſent quibus fideicommiſſum reliquerat. Accidit autem ꝙ filia non adiuit, & patronus iuſſit adire dictas ancillas: ancillæ autem petebant fideicommiſſum illud cum perueniſſet ad libertatem:quia ille patronus poſtea manumiſit eas.& hoc ideo petebãt, quia illud fideicommiſſum relictum fuit à filia liberti herede inſtituta quæ habuit ſubſtitutas ipſas ancillas à quibus dicebant fideicommiſſum relictum repetitum videri.quæritur,quid iuris ſit? Et reſpon. quòd non videtur repetitum fideicommiſſum in hunc

caſum

caſum vbi filia liberti non adiuit: ſed alterutrum, ſcilicet vel hereditas, vel fideicommiſſ. videtur dictis ancillis datum, ſcilicet A hereditas cum filia liberti non adiuit fideicommiſſ. aut cum filia adiuit. melius eſt ergo quòd dicatur quòd in eum caſum videantur eſſe ſubſtitutæ, in quem fideicommiſſum habituræ erant, hoc eſt cum eſſent liberæ. Viuianus.

LAtinus[a] Largus: Proximè ex facto incidit ſpecies talis: Libertinus patronum ex ſemiſſe heredem inſtituit, & filiam ſuam ex alio ſemiſſ.[b] fidei commiſit filiæ, vt quibuſdam ancillis patroni reſtitueret[c] cũ hæ manumiſſæ eſſent. & ſi eadem filia[d] heres non eſſet, ſubſtituit ei eaſdẽ ancillas. Quoniam filia non voluit heres exiſtere, ancillæ iuſſu domini, id eſt patroni,[e] adierunt defuncti hereditatẽ. poſt aliquãtum temporis ab eo manumiſſæ quærebant, an fideicommiſſum[f] petere ab eodem patrono poſſint. Rogo ergo quid de hoc exiſtimes reſcribas. Reſpondi, nec repetitũ videri in hunc caſum fideicommiſſum: ſed alterutrum datum, vel fideicõmiſſum, vel ipſam hereditatem. melius[g] autẽ dici, in C eundem caſum[h] ſubſtitutas videri, in quem caſum fideicõmiſſum meruerũt: & ideo ad ſubſtitutionẽ[i] eas vocari. Cùm enim ſeruo alieno fideicommiſſum ab vno ex heredibus ſub cõditione libertatis fuerit datum, idémque ſeruus ei heredi ſubſtituatur: licèt purè[k] ſubſtitutio facta ſit, tamen ſub eadem conditione ſubſtitui videtur,[l] ſub qua fideicõmiſſum meruit.

Si libertas per fideicommiſſum debita retardetur: nihilo minus ipſa & fideicommiſſum pecuniarium debebitur. Bartolus.

LXXXIIII. IDEM *libro vicenſimoprimo Quæſtionum.*

a *Latinus.* attulit talem quæſtionem.

b *Semiſſe.* ſub cõditione quæ ſequitur.

c *Reſtituerit.* Sed an poſſit cogere inſtitutũ adire, & reſtituere? Dic vt infra ad Trebe. l. cogi. §. ſed ſi ſeruo. & l. mulier. §. non eſt. Accurſius.

d *Filia.* ecce ſubſtitutio. Accurſius.

e *Patroni.* ſcilicet teſtatoris, id eſt adierunt ancillæ iuſſu domini qui eſt patronus teſtatoris. Accurſius.

f *Fideicommiſſum.* ſ. ancillis reſtituendum. ſed videtur repetitum: vt. s. eo. l. cũ pater. §. ab inſtituto. & s. tit. j. l. licèt imperator. Sol. hîc eædem ſunt ſubſtitutæ & fideicõmiſ. vt. d. l. licèt. in fin. vel hîc repetitio eſſet inutilis, quia legaretur ancillis à domino: vt inſtit. e. §. an ſeruo. & j. de verb. oblig. l. Titia. §. antepe. aliàs ſecus: vt ibi dicitur. ſed licèt fideicõm. non ſit repetitũ, cõditio tamen libertatis ſic: vt infra proxi. §.

g *Medius.* quàm cõtrariũ. vel melius q̃ alterũ dictũ: licèt & illud bene ſit, & nõ reprobat prædicta, ſecundùm Roge.

h *Caſum.* ſcilicet ſi erũt liberæ. Accurſius.

i *Ad ſubſtitutionem.* ſi ſunt liberæ tẽpore quo cedit dies ſubſtitutionis, & domino quæritur: vt. j. proxi.

k *Purè.* quo ad verba: licèt non repetita conditione libertatis.

l *Videtur.* vt. s. de condic. inde. l. cum ſeruus. & j. de cõdit. & demon. l. auia. ſic ergo hereditas domino quæritur, quia non erat delata: vt. j. de reg. iur. l. quæ legata. Accurſius.

S*I quis ſeruo.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & rogaui eum per fideicommiſ. quòd daret libertatẽ Sticho ſeruo meo, & eidẽ Sticho legaui. x. poſtea Titius heres adiuit hereditatẽ meã, & manumiſi dictum Stichum. vult nunc Stichus petere ab herede dicta. x. quæritur, vtrum poſſit? Et quidam dixerunt quòd non. & dicunt quòd dies dicti legati Sticho relicti ceſſit à morte teſtatoris, & Stichus tunc non erat liber, imò fuit libertas ei data tantùm poſt aditam hereditatem ab herede. ſi ceſſit dies eo exiſtente in ſeruitute, ergo videtur acquiri legatũ heredi: vnde nõ valet. ſed certè ipſi malè dicunt: imò bene poteſt petere: quia dies libertatis ſuæ & legati ſibi relicti ceſſit ab adita hereditate tãtum, & ſimul ceſſit libertati & legato. vnde ſi heres non manumittat eum incontinenti adita hereditate, facit moram libertati, & etiam fideicommiſſo, & tenetur ad vſuram fideicommiſſi. & non ſolùm fideicommiſſum debet habere facta ſibi mora in libertate præſtanda, ſed etiam omnia quæ acquiſiuit domino interim dũ fit ſibi mora in libertate præſtanda. Viuianus.

m *Fideicommiſſam.* in directa nõ erat dubiũ: quia ſimul cedit dies legati & libertatis. ſed hîc ſuſpẽditur dies legati propter libertatẽ: vt. s. tit. j. l. quæſitum. §. j. & de cadu. tol. §. in nouiſſimo.

n *Manumitti.* ergo à dño. i. ab iſto herede qui eſt dominus modo.

o *Ceſſit.* ſcilicet de æquitate: licèt de rigore aliud innuat.

p *Acquiſiuit.* ex hoc patet quòd ſeruus eſt adhuc, licèt mora ſit ei facta: quia vt domino quærit: vt hîc. nec poteſt hîc dici bonæ fidei poſſeſ. vt ex ea cauſa quærat: cum interpellatus ſcit ſe debere: vt infra de acquir. rerum do. l. quæſitum. Item lex vocat ancillam eam quæ eſt paſſa morã: vt j. ad Trebel. l. nõ eſt cogendus. & j. de ſuis & legi. hered. l. j. §. quæri. Sed tamen ex ſerua, vt ibi dicitur, naſcitur ingenuus. competit ergo libertas morã paſſo cũ iudicatũ eſt libertatem deberi: vt. j. de fideicõmiſ. lib. l. cùm verò. §. ſubuentum. & C. de fideicõm. lib. l. ancillam. Azo. & facit. s. eod. l. qui inſolidum. in princi. & §. etiam. & j. eo. l. Titia. §. vſuras. & s. tit. j. l. apud §. ipſius. & j. de fideicõ. lib. l. cùm verò. §. j. & C. ad Sila. l. penul. & j. tit. j. l. ſi legatarius. §. ſeruo. & l. patronus. in princ. & l. qui concubinam. §. cùm teſtamento. & j. ad leg. Falcid. l. impuberem. §. j. & de ali. lega. l. cum vnus. §. j.

SI quis ſeruo ſuo fideicommiſſam[m] libertatem reliquit, & aliud quid adſcripſit: quidam dicunt, quia placebat ab herede eum manumitti[n] debere, futurum eſſe, vt non admittatur ad fideicommiſſum. Sed hoc iniquũ eſt. in huiuſmodi enim perſona vtriuſque quodãmodo dies ceſ- B ſit,[o] & libertatis, & pecuniæ petendæ: adeo vt putem, ſi mora fiat præſtandæ libertati, etiam fideicommiſſo moram videri factam, & vſurarum onus accedere. nam & cætera quæ medio tẽpore adquiſiit[p] domino, dum moratur præſtare libertatem, eidem reſtitui oportere rectiſſimè reſponſum eſt.

Si debitor legat creditori: in dubio nõ intelligitur animo cõpenſandi. Bartolus.

LXXXV. IDEM *libro quarto Reſponſorum.*

CReditorem cui res pignoris iure obligata à debitore legata eſſet, non prohiberi[q] pecuniam creditam petere, ſi voluntas teſtatoris compenſare volentis euidenter non oſtenderetur.

In legato generali nõ cõtinentur nomina debitorum. Barto.

LXXXVI. IDEM *libro tertiodecimo Reſponſorum.*

G*Aius Seius pronepos meus heres mihi eſto ex ſemiſſe bonorũ* D *meorum, excepta domu mea, & paterna, in quibus habito, cum omnibus quæ ibi ſunt. quæ omnia ſcias ad portionem hereditatis quam tibi*[r]

C*Reditorẽ.*] CASVS. Titio obligaui codicẽ meũ pro. x. poſtea feci teſtamentum, & dictum codicẽ legaui eidem Titio. nunquid poterit Titi⁹ petere ab herede meo. x. prædicta? Et dicitur ꝙ ſic, niſi eui dẽter probent heredes mei ꝙ ego legaui Titio creditori codicẽ vt amplius nõ peteret debitũ id eſt decem. Viuian.

q *Prohiberi.* licèt agnouerit legatũ ſi autẽ non agnouerit, certè petit pecuniã, licèt teſtator compẽſare voluerit. de rei vero æſtimatione nõ eſt quærendum: vt. s. e. l. imperator. §. ſi cẽtum. Azo. & facit. C. eo. l. creditor. & s. tit. j. l. Lucius. & j. eo. l. fi. §. pe.

G*Aius Seius.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium Seium pronepotem meum in ſemiſſe hereditatis meæ, exceptis domibus meis in quibus habitam, relictis mihi à patre meo cum omnibus quæ in dictis domibus ſunt, & inſtitui mihi Sempronium & Titium in alio ſemiſſe. quæritur, vtrũ omnia quæ ſunt in dictis domibus exceptis, debeant pertinere ad Sempronium & Titium, an verò & ad pronepotem meum prædictum? Et diſtinguitur inter res quæ erant in dictis domibus exceptis. nam ſi erãt ibi nomi- E na debitorum, illa non continebuntur in exceptione facta per teſtatorem: imò erunt & proneptis, & aliorum heredũ. ſi autẽ erat in dictis domibus exceptis argentũ, vel ſupellex, vel mancipia, vel aliæ res: in eis nullum participium habebit pronepos: imò Sẽpronij erunt & Titij. [TITIVS.] Titius habebat fundũ nomine Seianum. quẽ fundum ipſe Titius donec vixit habuit vno nomine vniuerſum: ſed vt facilius conductorem inueniret, dictus Titius locabat eum per duas partes, & ſuperiorẽ partẽ dicti fundi appellabat fundũ Seianũ ſuperiorem: inferiorémq; partẽ dicti fundi appellabat fundum Seianum inferiorem. fecit hîc Titius teſtamentum, & filiæ fatris ſui legauit multa prædia, inter quæ erat totus dictus fundus Seianus. quæritur, an ad dictam legatariam pertinet totus fundus prędictus, ſcilicet inferior & ſuperior pars? Et reſpondet ꝙ ſic, niſi heredes dicti Titij probauerint de vna dictarum partium teſtatorem ſenſiſſe. Viuianus.

r *Tibi.* pronepoti. Accurſius.

dedi, non pertinere. Quæro, cùm ſit in his domibus argentum, nomina debitorum, ſupellex, mãcipia, an hæc omnia quæ illic inueniũtur, ad alios heredes īſtitutos debeant pertinere. Paulus reſpondi nomina debitorum [a] non contineri, ſed omnium eſſe cõmunia. in cæteris verò [b] nullum pronepoti locum eſſe.

Diuiſio gratia vberioris culturæ, diuerſos fundos nõ facit. Bar.

Titius cùm fratris filio fundos & vrbana prędia legaret, in his & fundum Seianum legauit, quem ipſe paterfamilias quoad viueret, vno quidẽ [c] nomine vniuerſum habuit: ſed quò facilius cõductorem inueniret, per duas partes locabat, ita vt ex qualitate loci ſuperiorem partem Seianum ſuperiorem, inferiorem autẽ partem Seianum inferiorem appellaret. [d] Quæro an is fundus totus ad fratris filiũ pertineat. Paulus reſpondit, ſi teſtator fundum Seianũ vno nomine vniuerſum poſſedit, quanuis eundem diuiſis partibus locauerat, vniuerſum eũ ex cauſa fideicommiſſi præſtari oportere: niſi ſi heres de qua parte teſtator ſenſerit, euidenter probauerit.

In legato quãtitatis non habet locum regula de duabꝰ cauſis lucratiuis. Bartolus.

LXXXVII. IDEM libro quartodecimo Reſponſorum.

TItia Seio teſſeram [e] frumentariã comparari voluit poſt diẽ trigeſimum à morte ipſius. [f] Quęro, cum Seius viua teſtatrice teſſeram frumentariam ex cauſa lucratiua [g] habere cœpit, nec poſſit id quod habet, petere: [h] an ei actio competat. Paulus reſpõdit, ei de quo quęritur, pretium teſſe-
B ræ præſtandum: quoniam tale fideicommiſſum magis [i] in quantitate quàm in corpore conſiſtit.

Finita cauſa priuilegij finitur priuilegium, & ad moram ſufficit vna interpellatio. Bartolus.

Vſuras [k] fideicommiſſi poſt impletos annos vigintiquinq; puellæ, ex quo mora [l] facta eſt, deberi reſpondi. Quamuis enim conſtitutum ſit, vt minoribus vigintiquinque annis vſuræ omnimodo pręſtẽtur: tamen non pro mo-
C ra [m] † hoc habendum eſt: quam ſufficit ſemel interueniſſe, [n] vt perpetuò [o] debeantur.

Fideicommiſſum relictum ab vno ex heredibus qui vltimꝰ deceſſerit, facit videri heredes inuicem ſubſtitutos. Bartolus.

Seia libertis [p] ſuis fundum legauit, [q] fideique eorum ita commiſit, *Fidei autem veſtræ Vere & Sapide committo, ne eum fundum vendatis: [r] eúmque qui ex vobis vltimus deceſſerit, cùm morietur, reſti-*
D *tuat Symphoro liberto meo & ſucceſſori [ſ] & Beryllo & Sapido [t] quos*

a *Nomina debitorum.* nec enim cæteras res augent: vt infra titu.j.l. vxorem.§.legauerant. nec minuunt: vt ſupra de iudi.l.ſi fideicommiſſum.§.tractatum.&.d.§.legauerat.&.l.ſi fundus.&.l.quęſitum. in princ. &.§.j.&.l. ſi mihi Mæuia. in princ.&.§. his verbis.&.l.qui filium.Io. Sed contra.ſ̃.titu.j.l.ſeruum filij.§.eum.Solu.ibi. ADDITIO. Dic quòd ibi legauit chirographũ ſpecialiter, hîc generaliter legauit omnia quæ in domo ſunt: in quo legato non venit chirographum. ſecus ſi vniuerſaliter legaret menſam vel kalẽdarium: vt.l.cũ pater.§. menſæ.ſ̃.eo.cũ ſimilib.ſecũdum Bart.

b *Verò.* qui ibi nõ ſunt ad tempus: vt infra titu.j.l. ſi fundus. & facit.ĩ. de vſufru.leg.l. generali.§.vxori. & de fun.inſtru.l.prædia.

c *Vno quidem.* ſecus ſi duo fundi eſſent eodẽ nomine: tũc minor debetur, niſi oſtẽdat legatarius teſtatorẽ de maiori ſenſiſſe.ſ̃. titu.j.l.apud Iulianum. §. Seio. quæ eſt contra. ſed hîc vnꝰ erat fundus: ſed diuiſit vt congruẽtius locaretur. ſimile ſecundũ vnum intellectũ. C. de ſacroſanct.eccle.l.iubemus.§.j. & facit infra titu.j.l.prædiis.§.fi. & ſupra titu. j.l.planè.j.§. fi. & infra de rebus dub. l.j.Accurſius.

d *Appellaret.* hoc eſt, partem ſuperiorem appellabat fundum Seianum ſuperiorem, inferiorem autem partem vocabat fundum Seianum inferiorem.

TItia Seio.] CASVS. Titia fecit teſtamẽtum, & iuſſit heredibus ſuis vt emerent Seio vnam teſſeram frumẽtariam poſt certum tempus. Seius emit vel ex cauſa lucratiua habuit vnam teſſeram frumentariam. nunquid poterit petere vt heredes emant ei aliam teſſeram? Et dicitur quòd ſic: & ideo Seio eſt præſtandum pretium teſſeræ. & eſt ratio, quia dictum fideicõmiſſum non fuit in ſpecie, imò in quantitate. [VSVRAS.] Titiæ puellæ in teſtamento meo. x. legaui, quæ Titia erat minor xxv.an. quæritur, quando currat vſura dictis. x. legatis? Et dicitur quòd ante.xxv.an. dictæ puellæ currunt etiam ſine interpellatione. completis autem. xxv. annis deſinunt currere, donec interpellatio congruo loco & tempore ſit facta. ſed ea interueniente perpetuò debebuntur. [SEIA.] Seia habebat duos libertos: vnus quorum vocabatur Verus, & alter Sapidus. & fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredẽ Sempronium, qui erat ſimiliter ſuus libertus: & fundum Titianum legauit dicto Vero & Sapido libertis, & fidei eorum commiſit, ne dictum fundum venderent, & vt ille qui ex eis vltimus decederet, reſtitueret cum moreretur dicto Sempronio inſtituto, & etiã duobus ſuis ſeruis quos infra ſe manumiſſuram dixit (quorum vnus vocabatur Beryllus, & alter Sapidus, ſicut libertus qui nominatus eſt) vel reſtitueret illi ex dictis tribus qui ſuperuiueret eo tempore quo vltimus ex dictis libertis legatariis moreretur, poſtea deceſſit Verus libertus pone. quæritur, vtrum pars ſua fundi pertineat ad Sapidum ſuum collegatarium? Et videtur quòd non: quia cum eis legauit fundum, non ſubſtituit eos adinuicem in legato. ſed certè bene pertinet ad Sapidum collegatarium: quia dixit teſtatrix in ſecunda parte teſtamenti vt ille collegatarius qui vltimus decederet, reſtitueret cum moreretur Sempronio ſucceſſori, & dicto Beryllo & Sapido libertis. Videtur ergo teſtatrix duos gradus ſubſtitutionis feciſſe, vnum vt is qui ex duobus libertis collegatariis prior moreretur, alteri reſtitueret. alterum gradum ſubſtitutionis vide-
A tur feciſſe, vt nouiſſimus collegatarius decedens reſtitueret Beryllo, & alij Sapido quos nominatim' poſtea enumerauit teſtatrix. [IMPERATOR.] Titia habebat duos nepotes ex filio ſuo mortuo, ſcilicet Titium & Seium, & ipſa magis diligens Titium quàm Seium, & timens ne Seius ageret querela in officioſi teſtamẽti, ſi ipſa inſtitueret ſolum Titium, & volens Titium debere habere omnia ſua bona, donauit inter viuos dicto Titio. nunquid Seius poterit habere remedium contra fraudẽ auiæ ſuæ? Et dicitur quòd ſic. nam poterit reuocare à Titio dimidiam eius quod ei donauit, auia. hoc dicit vſque ad.§.Lucius. Viu.

e *Teſſeram.* vas ad mẽſuram, [a] ſicut ſi præcepiſſet emi corbem. vel, id eſt, mẽſuram frumẽti: ſicut no. ſupra de iudi.l. ſed & ſi ſuſceperit. §.j. & dic in genere. Et not. quòd non legauit teſſeram. tunc enim nõ eſſet in quãtitate, ſed in ſpecie: licèt in genere iuſſiſſet comparari teſſeram. vnde vel res vel pretium datur: vt.ĩ. titu.j.l. non dubium.§.fi. & de auro & argẽ. leg. l. Titiæ. & hîc in fin. aliàs teſſera tantum eſſet in obligatione.

f *Ipſius.* ſcilicet Titiæ. Accurſius.

g *Lucratiua.* idem ſi nõ ex lucratiua cauſa ſit nactus.

h *Petere.* id eſt, teſſeram in genere, quam habet in ſpecie: nec impeditur quia habet: vt not.ſ̃.eo. l.Mæuius.§.duobus. ſed quia heres non poteſt, vel non niſi immodico pretio redimere: vt.ĩ.titu.j.l.non dubium.§.fina.

a] Bud.ſ̃.de iud.l.ſed & ſi ſuſceperit. teſſeræ (inquit) frumentarię ſigna erant frumentaria, quibus exhibitis frumentum à pricipe dabatur populo Romano, vt hodie quibuſdam in locis nũmi plumbei vel æreí, vel quid ſimile, quod pro ſymbolo ſit. Ex quo factum eſt, vt teſſera pro iure percipiendi frumentnm ponatur. hac ille.

† Iſte tex. infringit opi. Io. de por. in.l.cum res ſupra de lega. I. vide Bar. in.l.qui Romæ.§. Seia.ĩ. de verbo.obl. & hic.

i *Magis.* comparatiue: quia poſſit vel non poſſit redimere, tenetur ad pretium, ſed ad rem ita demum ſi poſſit redimere. Azo. & facit. ſ̃.eo.titu.l.mortuo.§.j.&.ſ̃.titu.j.l.planè.§.j.&.ij.

k *Vſuras.* Caſus eſt quòd ſi fideicommiſ. debetur minori, ex ſolo tempore tardæ ſolutionis currit vſura vt in bo.fi.iudi. vt hic &.C. in quibus cau.l.in minorum. ſed eo facto maiore deſinunt currere iure ſpeciali, & ſic ſolo curſu temporis purgatur mora hæç ſpecialis: quia finita ætate pro qua priuilegiatur, finitur & priuilegium, & de nouo incipiunt currere facta de nouo interpellatione iure communi poſt.xxv.an. vt hîc, & no.ſ̃. de vſur.l.mora.

l *Mora.* communis, & poſt minorem ætatem. Accurſius.

E m *Mora.* ſcilicet ætatis priuilegio. Accurſius.

n *Interueniſſe.* ſcilicet per interpellationem.

o *Perpetuò.* vt ſupra de vſur.l.cum patriſam. & facit ſupra eodem l. qui ſolidum.§.fina. & de admini.tuto.l.maximè. & infra de adimen.lega.l.iij.§.j.in fi.§.

p *Seia libertis ſuis.* ſcilicet Beryllo & Sapido.

q *Legauit.* id eſt, prælegauit: vt.ĩ.dicit. cum eſſet de inſtitutis. vel dic propriè, quia alius inſtitutus erat: vt infra dicit. Accurſius.

r *Vendatis.* ex hoc patet quòd vnum altero vendente vel alienante noluit ſubſtitui: non autem ex inferiori verbo, vltimus deceſſerit. & ſic non eſt contra.ſ̃. de vulga.ſubſti.l.vel ſingulis.

ſ *Succeſſori.* nam eum ſcripſerat heredem vel ſolum, vel cum aliis. Accurſius.

t *Beryllo & Sapido.* hîc de alio Sapido quàm ſupra loquitur alioquin ſibiipſi ſubſtitui nõ poſſet, vel alius Sapido mortuo reſtituere rogari non poteſt vt ei Sapido iam mortuo reſtituatur, vt ſupra de vulga-

de vulga.ſubſtitu.l.fina.§.j.Azo.

a *Manumiſi.* id eſt manumittam. & hoc indicat infra aduerbium quod eſt in textu. Itẽ quod dicit in fin.§. poſtea enumerauit. quidam tamen vtrobique habent verbum ſiue aduerbium præteriti temporis.nam infra habent,antea enumerauit.

b *Prælegauit.*,vel propriè, vel id eſt legauit. ſic infra de do. præle. p totum.

c *Vltimus.* ex hoc tamẽ verbo. qui vltimus deceſſerit &c.non inducitur ſubſtitutio. Azo.ſed aliàs ſubſtitutio erit ex verbis teſtatricis:vt.j.in fi.§.& modo nõ.s̃. pro. xi.§. in gl. ex hoc patet. Accurſius.

†Vide quæ ad huius reſponſi interpretationẽ ſcribit Vigliu in §. vel ſingulis. de pup. ſubſtitu inſtit. lib.1.

d *Dimidia.*Dicas quòd auia duos habebat nepotes ex filio vel filia præmortuis, & vni donauit omnia:alter reuocat pro dimidia. ſed nõ aperit cuius totius ſit dimidia ſed dic ſecundũ Hug.& M.ei⁹ quod ex ceſſit dodrantem,ſcilicet medietatem triũ vnciarum,cum tres vnciæ deberẽtur inter am bos pro debito bonorũ ſubſidio . & ſic nõ obſtat.C.de inoffic.do.l.ſi totas, &.l. ſi liqueat. & aliæ quæ dicunt hanc querelã ad inſtar querelæ inffic.teſt.inductã, in qua nõ fit reuocatio in plures:vt.s̃.de inoffi. teſta.l.j.ij. & iij. &.l. cũ donationibus. & ſecundùm hoc intelligitur. l. ſi mater in eo.titu. Alij dicunt hìc dimidiam partem omnium donatorum,& ſic totũ quod habiturus ab inteſtato.pro quibus eſt.C. de reuo. do.l. ſi vnquã. & dicta cõtraria ſoluũt quod hìc fuit inoffic. re & conſilio, vt hìc dicit. ibi re tantùm.vel ibi donauit alij filio, hìc extraneo, & ſic hìc reuocat totum : vt not.C.de inoffic. do.l.j. in glo.magna.in.v.q. Item an ipſo iure ſit nulla, & ſic per ipſum patrem reuocetur? argu. infra proxi.§.an aliqua. & ſic eo demum mortuo.& dic vt not.C.de inoffic. do.l. ſi totas. Item ſi diuerſis temporibus donauit, & tantùm propter vltimam apparet inofficioſitas : an etiam primæ reuocentur ? Reſpon.vltima tantùm,ª quia primæ ſtatim valuerunt irreuocabiliter.& aliud in Falcid.& lega.quia etiam prima ad vltima trahuntur:vt.j.ad.l.Falci.l.in quantitate.§.ſed & ſi legata.vel dic vt no.C. de inoffic.dona.l.j.

† Subaudi, gratia, de quo vide Anto.Aug. lib.1. cap.1.

*Quidã interpretãtur dimidiam quartæ partis.

a] Quid ſi teſtator donauit filio ſuo immoderatè:quæritur,an in totum reuocetur illa donatio? dic φ pro ea parte quæ eſt immoderata,reuocat. ita Barto. in l.pe.C. de inoffi.dona.

*infra manumiſi,* ª *qui'ue ex his tunc ſuperuiuent.* Quæro , cum nec in prima parte teſtamenti,qua fundum prælegauit,ᵇ eos ſubſtituit: in ſecunda tamen adiecerit verbũ,*Qui vltimus* ᶜ *deceſſerit:*an pars vnius defuncti ad alterum pertineret. Paulus reſpõdit †teſtatricem videri in eo fideicommiſſo de quo quæritur, duos gradus ſubſtitutionis feciſſe : vnum,vt is qui ex duobus prior morietur, alteri reſtitueret:alterum , vt nouiſſimus his reſtitueret,quos nominatim poſtea enumerauit.

Donatio inofficioſa collata in filium vel nepotẽ per alium, vſq; ad legitimam reuocatur.Barto.

Imperator Alexander Auguſtus Claudiano Iuliano præfecto vrbi:Si liquet tibi,Iuliane chariſſime,auiam interuertendæ inofficioſi querelæ, † patrimonium ſuum donationibus in nepotem factis exinaniſſe : ratio depoſcit, id quod donatum eſt, pro dimidiaᵈ * parte reuocari.

Is cui donatur inofficioſè, poteſt onere fideicommiſſi grauari. Item querela poteſt in modum replicationis proponi.Bartol.

Lucius Titius cum haberet quinque liberos, vniuerſos emãcipauit , & in vnum filium Gaiũ Seium ampliſſimas facultates do nationibus contulit , & modi- A cum ſibi reſiduum ſeruauit , & vniuerſos liberos cũ vxore ſcripſit heredes . in eodem teſtamento duas poſſeſſiones quas retinuerat, eidẽ Gaio Seio prælegauit, & ab eo petiit vt ex reditibus prædiorum quæ viuus ei donauerat , Mæuiæ filiæ tot aureos daret : item alteri fratri B alio tot . conuentus à Mæuia ſorore ſua, legem Falcidiam implorat . quæro , cum ſanctiſſimus imperator , vt ſupra ſcriptum eſt, ᵉ contra voluntatem donantis ea quæ donata ſunt reuocari præceperit, an Gaius Seius compellendus ſit ſecundùm voluntatem ᶠ patris ex donationibus fideicõmiſſum præſtare heredi ſororis. Paulus reſpondit , poſt literas imperatoris noſtri dubitari non oportere, C quin in hac quoque ſpecie de qua quæritur , ſubueniendum ᵍ ſit liberis quorum portio in vnum filium donationibus collatis imminuta eſt : præſertim cum Imperator noſter contra voluntatem patris ſubuenerit.ʰ In propoſita autem cauſa etiam volũtas ⁱ patris pro iis qui fideicommiſſum petunt,intercedit. Sed ſi Falcidia lex intercedit, fideicommiſſa inſolidum eſſe præſtanda propter immodi- D carumᵏ donationum rationem.

*Lucius Titius.*] CASVS. Lucius Titius habens quinque liberos, ſcilicet Gaium Seium & Mæuium, & tres alios, & habens vxorem Titiam,emancipauit vniuerſos ſuos liberos,& in prædictum E Gaium Seium cõtulit per donationes ampliſſimas facultates ſuas, & reſeruauit ſibi modicum reſiduum, & ſic alios filios ſuos fraudauit ea portione quam ab inteſtato habituri eſſent:& dictãſuam vxorem Titiam, & Gaium Seium prædictum , & Mæuiam ſuam filiam prædictam, & tres alios ſuos filios ſcripſit ſibi heredes in illo modico quod ſibi retinuit : & in eodem teſtamento legauit prædicto Gaio duas poſſeſſiones quas ſibi reſeruauerat in dicto modico:& in eodem teſtamento petiit ab eodem Gaio Seio vt daret.xx.aureos pone Mæuiæ filiæ ſuæ prædictæ ex reditibus prædictarum ampliſſimarum facultatum quas eidem Gaio Seio inter viuos donauerat.Item quòd daret alteri ex dictis quinq; fratribus & filiis ſuis Lucij Titij alios.xx. mortuo dicto Lucio Titio teſtatore Mæuia prædicta ſua filia egit econtra dictum Gaium Seium fratrẽ ſuũ,& petiit dicta.xx.per fideicõmiſſum ſibi relicta.exiſtentibus eis corã iudice dictus Gaius Seius ita opponebat ei:quamuis pater noſter Lucius Titius mihi multa donauerit,& ſic te ſororem meam & alios noſtros fratres debita portione fraudauerit,poſſunt tamen à me reuocari per vos : & ita non habeo niſi hereditariam portionem in qua fui inſtitutus vobiſcum . vnde nolo tibi ſorori meæ ſoluere dictos. xx. aureos niſi ſecundùm hereditariam portionem contingentem mihi , & quia mea pars hereditatis eſt exinanita propter tuum fideicõmiſſum de. xx. & ꝓpter aliud fideicom. relictum à me alteri meo & tuo fratri, volo tibi Falcidiã detrahere. Iſta quæſtione pendẽte deceſſit dicta Mæuia, & habuit heredẽ Sẽpronium.modò quæritur,an dict⁹ Gaius Seius ſit cõpellendus ſecundũ volũtatem Lucij Titij patris præſtare Sẽpronio heredi ſororis fideicõmiſſum de.xx.ex donationibus immenſis ſibi per patrẽ factis ? an verò ex hereditaria portione ſibi in dicta inſtitutione contingente?& vtrum poſſit detrahere Falcid.dato φ pro here ditaria portione debeat cõuenire tãtùm , & dato φ ſua hereditaria portio ſit exinanita ꝓpter dicta fideicõmiſſa à ſe relicta?Et reſpon.φ tenetur dictus Gaius præſtare dictũ fideicomiſſum heredi ſororis ſecũdũ hereditatis portionem ſibi contingentem, & non ſecundùm donationes ſibi immẽſas per patrẽ factas quæ quidem donationes im menſæ reuocari ab eo poſſunt per fratres dicti Gaij ſecũ inſtitutos, & etiã per Lucium Titium patrem ſi viueret, ſecundùm reſcriptum ſacratiſſimi imperatoris Alexandri, de quo fuit facta mentio.s̃.proxi.§.& ſi in hoc caſu habeat locum Falc. nõ tamen detraheret eam Gaius Seius propter rationem immodicarum donationum in eum per patrem collatarum. nam cum pater poterat dictas donationes reuocare,vt dictũ eſt, ergo Gaius Seius ſuus filius erat in hoc ſuus debitor:& ideo potuit pater ab eo fideicommiſſum relinquere inſolidum præſtandum ſecundum ſuã hereditariam portionem. Viuianus.

e *Supra ſcriptum eſt,* vt &.s̃.proxi.§.

f *Secundùm voluntatem patris.* fideicommiſſum relinquentis.

g *Subueniendum.* iure replicationis.

h *Subuenerit.* iure actionis,ſcilicet querelæ.

i *Voluntas.* venit pater contra factum ſuum quod iure non tenet. ſic.C.de agri.& cenſi.l.queãdmodum.lib.xj.arg.contra.s̃.de adop. l.poſt mortem.& no.C.de inoffi.dona.l.ſi totas.& de inoffi. teſta. authen.vnde & ſi. ADDITIO. Intellige iſtud verum quando donatio valet omnino:ſed hìc poterat aliquo modo reuocari, ſecundum Barto.hìc.

k *Immodicarum.*hoc eſt immodicæ donationes ſiue magnæ faciãt Falcid.in fideicommiſ.&c.Accurſius.

*Lucius Titius.*] CASVS. Lucius Titius inſtituit ſibi heredes tres ſuos filios pone. vnius autem ex dictis filiis nomine fecerat idem Lucius Titius kalendarium , id eſt nomina debitorum. poſtea deducto kalendario ſiue nominibus debitorum quæ nomine filij fecerat,aliquid exegit antequam faceret dictũ teſtamentum:& poſtea iterum in nomen filij conuertit . poſtea ita dixit in dicto teſtamẽto:ſi aliquid dedi alicui liberorum meorũ,aut donaui,aut in vſum cõceſſi,aut ſibi acquiſiuit, aut ab aliquo datum aut relictum eſt : id ſibi præcipiat,& ſumat & habeat. poſtea de dicto

calendario, ſiue nominibus debitorum quæ nomine filij fecerat teſtator, fuit quæſtio inter dictum filium & fratres ſuos: & fuit iudicatum deberi filio illud quod ſub nomine ipſius filij in calendario remanſerat, non etiam id deberi dicto filio quod pater exegit, & in ſuas patris rationes conuertit. quæritur, nunquid propter dictam ſententiam ſiue pronuntiationem pertineat ad dictum filium id quod exegit pater ex nominibus filij, & antequam faceret teſtamẽtum, in nomen filij cõuertit? & reſpon. quòd ſic. Viuianus.

In legato vniuerſitatis cedit quod ex ea deducitur, ſi in eam poſtea redigatur. Bartolus.

LXXXVIII. SCÆVOLA *libro tertio Reſponſorum.*

LVcius Titius teſtamento ita cauit: *Si quid cuique liberorum meorum dedi, aut donaui, aut in vſum cõceſſi, aut ſibi adquiſiit, aut ei ab aliquo datum aut relictũ eſt: id ſibi præcipiat, ſumat, habeat.* filij nomine calendarium fecerat.[a] poſtea ſententia[b] dicta eſt, & placuit, id quod ſub nomine ipſius filij in calendario remãſerat, ei deberi: nõ etiam id quod exactum in rationes ſuas pater cõuertiſſet. Quæro, ſi id quod exegiſſet pater ex nominib⁹ filij antè teſtamentũ[c] factum, iterum poſt teſtamentũ factũ in nomẽ filij cõuertiſſet,[d] an ad filium ſecundũ ſententiam pertineret. Reſpõdi, id quod ex eadẽ[e] cauſa exactũ, in eandem[f] cauſam rediſſet, deberi.

Nudus miniſter nullum commodum ſentire debet. Bartolus.

*A te peto Titi, fideíque tuæ cõmitto, vti*[g] *curam cõdendi*[h] *corporis mei ſuſcipias: & pro hoc tot aureos è medio præcipito.* Quæro an ſi Lucius Titius minus q̃ decẽ aureos erogauerit, reliqua ſumma heredib⁹ proficiat. Reſpõdi, ſecundùm ea quæ proponerentur, heredum commodo proficere.[i]

Cum iniunguntur onera præterita & futura, intelligitur de præteritis pendentibus nondum finitis. Bartolus.

a *Fecerat.* ſcilicet pater.

b *Sententia dicta.* in iudicio famil. erciſcun. & placuit, ſcilicet iudicanti per ſententiam, & bene, id quod &c. vt ſupra titu. j. l. quidam in teſtamento. & infra de pecu. leg. l. fi. & infra tit. j. l. prædiis.

Hæc diſiũcta vidẽtur pro coniunctis accipienda. l. ſæpe ĩ de verbo. ſignifi.

c *Ante teſtamentum.* vnde in calendario permãſiſſe negabatur.

d *Cõuertiſſet.* vnde nullo tempore à calẽdario ſeparatũ videbatur, id eſt antè teſtamentũ exegit à debitore calendarij, & poſt teſtamẽtum ex illa pecunia exacta alium cõſtituit debitorem in calendario.

e *Ex eadem.* ſcilicet in qua redigitur poſtea.

f *In eandem.* adeo vt nõ videatur exiſſe: vt. s̃. de pig. l. penul. & infra de adimen. leg. l. penul. §. fi. &. ĩ. titu. j. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. & facit. s̃. eo. l. Lucius.

*A te peto.* ] CASVS. Gaius inſtituit ſibi heredes Seium & Sẽpro. & Titium: & dicto Titio fuit locutus in teſtamento ita, fidei tuæ cõmitto vt ſuſcipias curã ſepeliẽdi me, & pro hoc volo quòd accipias antè partẽ. x. aureos. mortuo teſtatore Titius accepit à coheredibus. x. aureos, & fecit ſepeliri corpus, & non expendit niſi ſex aureos. nunquid retinebit ſibi alios quatuor aureos? & dicitur quòd non, imò erunt omnium heredum. alij dicunt ꝙ dictus Lucius fuit heres inſtitutus. & vtrunq; ſtare poteſt. Viuianus.

g *Vti.* pro vt. Accurſius.

h *Condendi.* id eſt ſepeliendi. Accurſius.

i *Proficere.* fuit enim electus vt miniſter, vnde nihil apud eum debet remanere: vt. s̃. eod. titu. l. ſi quis Titio. & ſic non ob. s̃. mand. l. antepe. §. ſi inter. quia & ſi ibi deficeret vſura, tenebatur de ſuo ſupplere maritus: hîc ſecus. & facit. s̃. man. l. ex mandato. &. s̃. de condic. ob cau. l. ſi heres. & facit. ĩ. de au. & arg. leg. l. fi. §. fin. &. ĩ. de annu. lega. l. libertos. §. Lucius. &. ĩ. titu. j. l. Titius. & infra de verb. ſign. l. cùm teſtamento. &. s̃. de neg. geſt. l. qui aliena §. libertos. & de relig. & ſomp. fu. l. at ſi quis. §. æquum. & de condit. & demon. l. quibus. §. fi. Accurſius.

*Quæ marito.* ] CASVS. Titius inſtituit ſibi vxorem ſuam Mæuiã in dimidiam hereditatis ſuæ, & quoſdam alios in alia dimidia. poſtea dicta Mæuia fecit teſtamentum, & Mæuium & Sempro. filios ſuos inſtituit heredes cum quibuſdã aliis, & ita dixit dicta Mæuia: volo quòd tu Mæuius & Sempro. qui eſtis mei filij, accipiatis antè partẽ quidquid ex hereditate Titij mariti mei prædicti ad me peruenit mortis eius tempore, ſub hac cõdi. vt omne onus eius quod peruenit ad me de hereditate dicti mariti mei, agnoſcatis, & tã in præteritũ, quàm in futurum, necnon & ſi quid poſt mortem dicti mei mariti ſolui creditoribus ſuis. quæritur, nunquid pertineat ad onus dictorum filiorum, ſi ipſa ſoluit aliquid creditoribus mariti poſt mortem mariti? an verò illud tantùm ſit ad onus filiorũ, quod remanſit ſoluendum creditoribus mariti poſt mortem Mæuiæ? Reſpon. vt in litera. Viuianus.

Quæ marito[k] heres extiterat, ita teſtamento cauit: *Mæui & Sẽproni filij dulciſſimi, præcipitote omne quidquid ex hereditate boníſve*[l] *Titij domini*[m] *mei patris veſtri ad me*[n] *peruenit mortis eius tẽpore: ita tamen, vt omne onus eiuſdem hereditatis tam in præteritum*[o] *quàm in futurum,*[p] *necnon*[q] *etiam ſi quid poſt mortẽ Titij domini mei, adgnoſcatis.* Quæro, an ſi quid ſoluiſſet poſt mortem mariti, cum ipſa fructus cepiſſet, dediſſet,[r] † ad onus[ſ] eorũ pertineret. Reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, ea dumtaxat onera legatariis impoſuiſſe, quæ ſupereſſent.

Legatarius per quem non fiat quo minus impleat modum, etiã ſi ſtet per caſum, admittitur ad legatum. Bartolus.

*Quiſquis mihi heres, heredéſve erũt, hoc amplius Lucius Eutychus quàm quod eum heredem*[t] *inſtitui, è media hereditate ſumito, ſibiq; habeto vnà cum Pamphilo, quem liberum eſſe iubeo, iuſtrumentum tabernæ ferrariæ, ita*[u] *vt negotiũ exerceatis.* * Lucius Eutych⁹ viua teſtatrice deceſſit: pars hereditatis eius ad coheredem pertinuit. Quæro, an Pamphilus eodem teſtamento manumiſſus, ad petitionẽ partis inſtrumenti admitti poſſit, licèt taberna, vt voluit teſtatrix, exerceri nõ poſſit. Reſpondi, admitti.[x]

* exerceant, vel exerceat is.

Qui factum heredis impugnat, non teſtamentum, non eſt indignus legato. Bartolus.

k *Quæ marito.* ſcilicet domino Titio. Accur.

l. *Boníſve.* id eſt facultatibus. Accurſius.

m *Domini.* qui fuerat maritus.

n *Ad me.* vxorem.

o *Tam in præteritum.* id eſt purè à defuncto debitum.

p *In futurum,* quod ipſe debuit ſub conditione quæ adhuc pẽdet. & dic quòd hîc mater filios & quoſdam alios inſtituerat heredes.

q *Necnon.* pro i. ſecundùm R. vel dic tertium eſſe membrum, ſcilicet olim debitũ, ſed per hãc ſatisfactum: vnde nolebant ꝙ filij hoc refunderent aliis heredibus.

† Sunt qui hoc verbũ putent ponendum in ſuperiore verſu poſt verbum ſoluiſſet.

r *Dediſſet.* ad onera hereditaria: & hoc ſi habes in text. ſi tamẽ hoc eſt &c.

ſ *Ad onus.* hoc eſt in q̃buſdã libris cancellatũ: ſed bene poſſet poni. Azo. & facit. s̃. eo. l. cùm filius. §. j. & de rei vindica. l. emptor. & l. ſupt⁹.

*Quiſquis.* ] CASVS. Titia teſtatrix inſtituit ſibi heredem quendam q̃ vocabatur Luci⁹ Eutychus, pro dimidia, & Gaiũ pone pro alia dimidia: de quo Gaio nõ fit mentio in hoc. §. & poſtea ita fuit locuta in eodem teſtamento: Lucius Eutychus, quãquã eum heredẽ inſtitui in media hereditate mea, hoc amplius ſumito ſibíque habeto vnà cum Pãphilo, quiſquis mihi heres heredéſve erunt, inſtrumentum tabernæ meæ in qua venditur ferrum: ita ſcilicet vt negotium dictæ tabernæ ferrariæ exerceat. his ita factis Lucius Eutychus prædictus deceſſit viua teſtatrice. vnde pars eius hereditatis caduca pertinuit ad Gaium coheredem ſuum. quęritur, vtrũ Pamphilus prædictus eodem teſtamento manumiſſus & collegatarius dicti Lucij Eutychi in inſtrumento tabernæ, poſſit admitti ad petitionem partis dicti inſtrumenti relicti ſibi Pamphilo? & videtur quòd non: quia dicta taberna non poteſt exerceri ſicut voluit teſtatrix, id eſt per Lucium Eutychum & Pamphilum: quia Lucius Eutychus mortuus eſt, vt dictum eſt. reſpondet tamẽ quòd poteſt admitti Pamphilus. Viuianus.

t *Eum heredem.* vnde non videbatur eſſe neceſſariũ ꝙ interim reſtitueretur: quod fit per hæc verba, hoc amplius &c. vt. ĩ. de annu. leg. l. Seio. §. vxori. ſed tamen teſtator (quia fortè offenſæ inter eos interuenerunt) hoc fecit, quod prodeſt heredi: vt. ĩ. de adimen. leg. l. iij. §. fi. & l. ſeq. & l. ex parte. nec tamen vt habeat maiorem partẽ, vt. C. de leg. l. cum quæſtio. §. fi. licèt ſit arg. contra. ĩ. de ſtipula. ſer. l. iiij. ſic & in diuina ſcriptura, Dicite diſcipulis eius, & Petro: vt. C. de ſerui. & aqua. in rubrica. Marc. 16.

u *Ita vt.* ergo ſub modo, qui fit per vt: vt infra de cõdit. & demõ. l demonſtratio. §. fi. Accurſius.

x *Admitti.* quia ſcilicet per Pamphilum non remanet quo minus pareatur modo, vel exerceat tabernam cum Lucio: vt. C. de leg. l. j. ſed ad quam partem admittatur? ad ſuam dimidiam conſtat eum admitti. ſed dic ſecundùm Azo. ad dimidiam alterius dimidię

quæ fuit

quæ fuit Lucij. nam ſuam dimidiam habiturus erat Lucius partim iure hereditario, in qua non valebit legatum, & hoc vadit ad coheredem. aliam quartam iure legati, & hoc ad Pamphilum collegatarium: vt ſupra eod.l. miles.§.fina.&.C.de caduc.tollen.§.his ita. &.§. pro ſecundo. Alij dicunt totam dimidiam Lucij habere coheredem, quaſi coniunctum re & verbis, & ſic Pamphilus ſuam dimidiam tantùm habet. & facit infra de condit. & demõ.l.cui. &.j.tit.j. l.vxoré.&.j.de vſufruc. leg.l. illi. & ſupra eod.l. cùm filius.§.non iure.

Sempronia ſubſtituta heredi inſtituto, legata accepit ſi heres non eſſet.mouit[a] contra inſtitutum actionem,[b] quòd dolo eius factum eſſe dicebat quo minus teſtatrix[c] volens primo loco ſcribere eam heredem, teſtamentũ mutaret: nec obtinuit. Quæro an legati perſecutionem ſaluam haberet.[d] Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponerentur, ſaluam habere.

B

**Solutum ab herede plus debito, non cedit ad incommodum aliorum legatorum. Bartolus.**

Teſtator[e] legatà ante quinquenniũ vetuit peti præſtaríque: ſed heres quædã ſua ſponte antè quinquenniũ ſoluit. Quæſitum eſt an eius quod antè diẽ exiſtentem ſolutũ eſt, repręſentationẽ[f] in reliqua ſolutiõe legati reputate poſſit.[g] Reſpõdi, non propterea minus relictũ deberi[h] * quòd aliquid antè diem ſit ſolutum.

C

**Plures coniuncti admittuntur in viriles portiones, ſi res prohibetur alienari extra familiam. Bartolus.**

Lucius Titius teſtamento ita cauit, *Prædiolum meum dari volo libertis libertabúſque meis, & quos hoc teſtamento manumiſi, & Seiæ alumnæ meæ, ita ne de nomine familiæ meæ exeat, donec ad vnum proprietas perueniat.*[i] Quæro an Seia in cõmunione cum libertis habeat portionem:[k] an verò ſibi partem dimidiam eius prædioli vindicare poſſit. Reſpondi, perſpicuam eſſe teſtantis voluntatem, omnes ad viriles[l] partes vocantis.

**Duplicatio legatorum trahitur ad legata quæ conſiſtunt in quãtitate, non ad ea quæ conſiſtunt in ſpecie. Bartolus.**

Impuberem filium heredem inſtituit:[m] vxori dotem prælegauit, item ornamẽta, & ſeruos, & aureos decem: & ſi impubes deceſſiſſet, ſubſtitui:[n] à quib9 ita legauit, *Quæcumque primis tabulis dedi, eadem omnia ab heredibus quoque heredis mei in duplum dari volo.* Quæritur an ex ſubſtitutione, impubere mortuo, dos quoque iterum debeatur. Reſpondi, non videri de dotis legato duplicando teſtatorem ſenſiſſe.[o] Item quæro, cũ corpora legata etiam nũc ex lucratiua cauſa poſſideãtur, an à ſubſtitutis peti poſſint. Reſpondi, non poſſe.[p]

**Si legatur nomen debitoris, heres liberatur cedendo actionem. Bartolus.**

*Sempronia.* ] CASVS. Titia inſtituit ſibi heredem Seium, & ſubſtituit Semproniã, & ita dixit poſtea Titia in eodem teſtamento, ſi Sempronia prædicta non erit mihi heres ex ſubſtitutione, lego eidem Semproniæ.c. & equũ meũ ſimiliter. dicta Sempronia egit mortua dicta teſtatrice contra dictum Seium prędictum inſtitutum, dicens quòd dolo inſtituti factum erat quò minus dicta teſtatrix volens primo loco ſcribere dictã Semproniam heredẽ, teſtamentum mutaret: & nõ obtinuit Sempronia. quæritur, vtrum poſſit conſequi dicta legata ſibi à teſtatrice relicta? Et dicitur quòd ſic. Viuia. (* videri.)

a *Mouit.* dicta Sempronia. Accurſius.

b *Actionem.* de dolo, vel in factum ad intereſſe: vt arg. ſupra de dolo.l.ſi quis affirmauerit. & de præſcript. verb.l. quoties. hodie condictione ex lege ad duplum: vt in authen. vt nulli iudic.§.j. coll.viij. & hîc peruenit. nam hîc confiſcatur: vt ſupra ſi quis aliquem teſta. prohi.l.j.§.j.

c *Teſtatrix.* ſcilicet teſtamentum mutaret, quod eſt.j.quod volebat teſtator, ſed inſtitutus prohibuit.

d *Saluam haberet.* imò perdit: vt.C.de iis quib. vt indig.l. aliam. & infra de iis quib. vt indig.l. poſt legatum.§.j. in fi. quæ eſt contra. Solu. hîc non egit contra teſtamentum: ſed de dolo conuenit heredem. ibi verò contra teſtamentum dicens falſum, idẽ quod hîc, ſi dixit non iure factum: vt.d.l.poſt legatum.§.j. in prin.&.l.pe. & facit ſupra tit.j. ab omnibus.§. cùm quidam. & in authen. vt cùm de app. cog.§.cauſas. coll.viij.

(Caſum ponit.) e *Teſtator.* Caſus ſic ponitur ſecundùm Ro. teſtator reliquit plura legata Titio ſoluenda poſt quinquennium. quædam ſoluit heres antè quinquennium. nunc adueniente tempore ex aliis vult tantùm detrahere, quantum fuit commodum repręſentationis ſicut ſi ſoluiſſet plus re. quod remouet. Vel ſecundùm Azo. hîc heres ſoluit quędam antè quinquennium. nunc cõuenitur ab eodem & ab aliis vt & alia ſoluat: quaſi in ſolutis & in ſoluendis ſibi pręiudicauerit. quod remouet. & ſecundùm hoc dic, non propterea minus: ſubaudi, vel plus. vel etiam minus, pro magis: quod in idẽ recidit. & ſic eſt arg. contra. C. ad legem Falc. authen. ſed cùm teſtator. ſed ibi re, hîc tempore plus ſoluit. Item contra.C. de fideicomiſ.l.j. Sol. ibi re, & eſt fauor alimentorum. Accurſius.

f *Repræſentationem.* id eſt compenſationem repręſentationis ſecũdùm primum caſum.

g *Poſſit.* ſcilicet legatarius ſecundùm primum: vel id eſt heres ſecundùm alium.

h *Deberi.* ſua die. & facit.j.ad.l.Falc.l.iij. &.l. pœnales.§.annua.

*Lucius Titius.* ] CASVS. Lucius Titius ſibi inſtituit aliquos heredes, & poſtea dixit ita, prædiolum meum volo dari libertis libertabúſque meis, & illis quos manumiſi in hoc teſtamento, & aliis quos prius manumiſeram, & Seiæ alumnę meæ: ita ne de nomine familię meę exeat dictum prędiolum donec ad vnum de ſupradictis proprietas eius peruenerit. quęritur, vtrum omnes prędicti habeant viriles partes, an verò habeat tantùm Seia prędicta quãtum omnes alij ſimul? & dicitur quòd viriles debent habere omnes prędicti in prędiolo. Viuianus.

i *Perueniat.* quaſi dicat etiã ſi vnus ſolus ſupererit de familia.

k *Portionem.* virilem. Accurſius.

l *Ad viriles.* imò Seia quantum omnes alij: vt C. de impub.& ali.ſubſtit.l.fina.§.alia applicata. &. §. in ſecunda. & ſupra de vulga.ſubſtitu. l.ſi pater.& ſupra de vſufruct. ac.l. ſi quis Titio. & ſupra de hered. inſti. l.interdũm.ij. reſpõ. Solu. omnes liberti, & libertæ viriles partes habebunt, id eſt vnam dimidiã, aliã habet Seia. vel dic ex verbo quo vetuit alienari extra familiã, præſumitur voluiſſe cuique dari virilem: quia magis voluit prouidere familiæ quàm Seię quæ non erat de familia. vel hîc fuit appoſitũ verbum æquè, vel aliud æquipollens: quod denotat æquas portiones eſſe faciendas. ſic ſupra de hered.inſtitu.l. interdum.j.reſpon. vel dic vt not. dicta. le.C. de impub. & aliis ſubſtit.l. fina.& facit infra de vſufruct. lega.l.codicillis.§. fina. & ea. l. fina. C. de impu. & aliis ſubſti. in princip. Accurſius.

*Impuberem.* ] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem filium ſuum impuberem, & vxori ſuę D prælegauit dotem quam ab ea habuit, & legauit ei etiam ornamẽta, & ſeruos, & aureos.x. & poſtea ita dixit, Si filius meus prędictus deceſſerit, ſubſtituto ei primum & ſecũdum vicinos meos: à quibus ſubſtitutis, ſi hereditatem meam habuerint, in duplum dari volo ea omnia quæcunque primis tabulis dedi. deceſſit poſtea dictus filius teſtatoris impubes, & ita ſubſtituti habuerunt hereditatem. quæritur, nunquid teneantur ſubſtituti præſtare duplicatũ legatum dotis vxori relictum ſicut alia legata, & nunquid teneantur pręſtare vxori prędictæ illa legata ex ſupradictis quæ ipſa inuenitur nunc poſſidere ex cauſa lucratiua? & reſpon. ad vtrumque quòd non. Viuianus.

m *Inſtituit.* ſcilicet aliquis.

n *Subſtituit.* aliquos extraneos.

o *Senſiſſe.* fortè ideò, quia in ſpem dos conſiſtebat. aliàs cõtra.s.tit. j.l. planè.§. ſed ſi non corpus, &.l. ſi ſeruus.&.s.eo.l. cùm quidam. vel quia ad dotem inuitatur mulier tanquam ad æs alienum: vt.j. E ad leg. Fal.ſi vſusfru.§.j.&.j.ad Treb.l.cùm heredes.H.

p *Non poſſe.* aliud in quantitate: vt.s.tit.j.l. planè.j.§.j. &.s.eo.l. ſi pluribus.§.j. & eſt ad hoc inſtit.eo.§. ſi res.&.j.tit.j.l.nutu.§.j. &.s. de act. & oblig.l. omnes. & de verb.oblig.l. inter ſtipulantem.§.j. &.j. tit.j.l. Lucius.§. Semproniæ.

*Ciuibus meis.* ] CASVS. Titius fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem Lucium: & poſtea in eodem teſtamento ita dixit, Reipublicæ Bononiæ lego chirographum Gaij Seij in quo ipſe debet mihi.c. poſtea autem fecit codicillos, & in eis vetuit exigi dicta.c. à dicto Gaio Seio. Item in eiſdem codicillis petiit ab herede ſuo Lucio, vt de debito quod debebat ſibi Petrus, dictam ſummam de.c. daret dictæ reipub. mortuo poſtmodum teſtatore inuenitur non ſoluendo Petrus debitor in codicillis nominatus. nunquid tenebitur Lucius heres ad præſtãdum integra.c.reipu? & dicitur quòd non, imò liberatur à repu. ſi cedat ei actiones contra dictum Pe-



UNED